Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

35.B. 11.

Digitized by Google

AD EPEI
SECVRIM
ENCYCLOPÆDIA
FORTVNII LICETI GENVENSIS

PHILOSOPHI, AC MEDICI

Olim in Piſano, & in Patauino, nunc in Bononienſi Archigymnaſio Philoſophiam Primaria, & Eminenti Sede docentis.

Eminentiſsimo, & Reuerendiſsimo D.

D. IVLIO CARD. SACCHETTO

DICATA.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Bononiæ, Typis Iacobi Montij. MDCXXXVII.

Annuentibus Superioribus.

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

EMINENTISSIMO
AC REVERENDISS. D.
D. IVLIO CARD.
SACCHETTO
Bononiæ Legato

FORTVNIVS LICETVS
B. A.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

M*Agni animi eſt (Eminentiſsime Cardinalis) Vrbes vel a paruo principio condere: maioris adhuc eſt, ijs iam conditis leges, quibus diutiſsime felices conſeruari valeant, inſtituere: ſed maximi prorſus eſt animi, Ciuitates adultas & amplas pacate gubernare: Conditori ſiquidem ſola ſuffi-*

Digitized by Google

ſufficere videtur animi granditas; quum Legiſlatori ſapientia quoque cum prudentia plane ſit neceſſaria: Verum optimo Reipublicæ Gubernatori, præter animi Celſitudinem, ſapientiam atque prudentiam, mira ſolertia, Iuſtitia, Clementia, Comitas, Prouidentia, & omne genus virtutum ineſſe debet. Quas omnes quum in Te dudum (inclyte Ivli) perſpexerit eminere præcellens ille Cenſor ingeniorum, VRBANVS VIII. in terris Dei Summi Vicarius vere termaximus, inter Eminentiſſimos Eccleſiæ Proceres prudentiſſime Te collocauit, & Ferrariæ atque Bononiæ, maiorum ſcilicet Eccleſiaſticæ ditionis Vrbium, gubernationi præfecit a Latere Legatum. Quod quidem ſapientiſſimi Pontificis iudicium vt nunquam alias fefellit homines, ita certe nunc neminem fallit, dum talem Heroem, qualem Te conſpicimus, Rectorem Moderatoremque conſtituit latis clariſque Populis; qui Te aduenientem ſummis plauſibus, & fauſtis acclamationibus excipiunt; & abeuntem lachrymis, votis, boniſque precationibus proſequuntur. Quamobrem ab omnibus omnium ordinum hominibus mirifice cultus, ad illud veræ gloriæ culmen

men

men aſcendiſſe videris, quod tanquam metam ſibi conſtituunt ſub Summo Pontifice in Chriſtiana Republica Primates: Enimuero ſi, vt ait ille, non vltima laus eſt placuiſſe Principibus; certe a Principum omnium Maximo plurimis dignitate præferri, & ingentibus honoribus cumulari, hoc iam eſt rerum humanarum fere attigiſſe faſtigium: At vero talium rerum ſplendore comiter omnia complere, ſuauiter omnia diſponere, & omnia fortiter attingere; id profecto eſt humana quaſi præterire, & ad mentes Diuinas propius accedere. His peregrinis animi Tui dotibus, indeque iugiter emanantibus eximijs actionibus (optime ſcis) vt mentes omnium admirabili iucunditate quadam ad Te conuertis, in quem virtutes omnes, & omnia laudum genera conuenerunt, quas ſatius eſt reuerenti ſilentio venerari, quam nimis tenui ieiunoque ſermone quicquam ex earum magnitudine detrahere: ita me ſpeciatim, adiectis peculiaribus benignitatis Tuæ fauoribus, in Tui ſummum obſequium mire deuincis. Cuius maxima mea erga Te obſeruantia pignus, leuidenſe munus hoc hilari fronte ſuſcipias velim, & ampliſsimis alis almi patrocinij Tui

pro-

protegas meum volumen hoc Encyclopædiæ ad Epei Securim; *quam Iuſtitiæ vindicem merito Bononienſibus Tuis Faſcibus alligādam cenſui: Quod quidem opus Tuo Nomini ceu Tutelari Numini conſecro. Vale Romanæ Eccleſiæ magnum incrementum, Chriſtianæque Reipublicæ verum ornamentum; Tibique deditiſſimum Licetum fouere ne ceſſes. Bononiæ Kal. Nouembris. 1637.*

Digitized by Google

Vidit D. Ludouicus Modronus Pœnit. pro Eminentiſsimo, ac Reuerendiſsimo D.D. Cardinali Archiepiſcopo.

Imprimatur.

Fr. Hieron. Onuphr. Conſult. S. Officii, pro Reuerendiſſimo P. Inq. Bonon.

Digitized by Google

Ad Eminentiſsimum ac Reuerendiſs. D.

D. IVLIVM CARD. SACCHETTVM

Bononiæ Legatum

Matthæus Vaÿra Phil. & Med. D.

HAnc Tibi Ariſtotelis Genius, SACCHETTE, Securim
Sacrat, & Aſtrææ dedicat ille Tuæ.
Artifici quondam victor ſuſpendit Epeus
Palladi, Troianum qua fabricarat Equum.
Vouerat inſidiis excisa ob mœnia Troiæ,
Auctoremque doli tradidit eſſe Deam.
Vana ſuperſtitio cæleſtia crimina finxit,
Numinaque Argolicis ignibus vlta Phryges.
Tu populos ſeruas, homines tu fraudibus arces,
Tuque ſoles ipſis hoſtibus eſſe pius.
Nemo tuas metuat, Præſul venerande, Secures,
Qui non iudicio ſit malus ipſe ſuo.

FOR-

FORTVNII LICETI
GENVENSIS
AD EPEI SECVRIM
A Simmia Rhodio conſtructam
Encyclopædia:

In qua multa vetuſtatis abdita monumenta, rerum hiſtorias, & naturas complectentia, recluduntur.

PRAEFATIO,

Securis Idyllium introducens, & Aris poeticis dudum explicatis attexens.

QVum in operibus noſtris ſuperioribus antiquiorum poetarum ſymbolicas Aras explicauerimus; operæ precium fore duximus Encyclopædia pariter myſticam Securim nunc declarare; ſi quidem olim ad Aram deductas holocauſti victimas cædebant Flamines plerumq; Securi; quam aliquos appellitaſſe Seceſpitam, & alios etiam Scenam obſer-

Digitized by Google

a Syntag. 17. obſeruatᵃ Gyraldus agens de Diis gentiũ, admonens hoc nomine Scenæ ad Securim ſignificandam vſum fuiſſe Liuium in Lydio. De Securis autem vſu in ſacrificijs pulcherrimam habemus hiſtoriam a Porphyrio in opere ſuoᵇ De Abſtinentia ab eſu carnium, nobis quidem in Encyclopędiaᶜ ad Altare Doſiadæ leuiter tactam, aſt hic in loco proprio latius afferendam. Scribit autem citatis verbis, Antiquitus enim, ſicut ſuperius etiam diximus, quum fructus homines Dijs offerent; animalia autem neque ſacrificarent, neque in cibum ſumerent; dum publicum quoddam ſacrum Athenis celebraretur, Diomum quendam aut Sopatrum ferunt, qui indigena quidem non erat, ſed agros in Attica colebat; quia bos ab opere accedens ad menſam, vbi ſacra puls & cætera libamina repoſita erant vt ſacrificarentur, alia ex ipſis comederat, alia conculcarat; indignatum accurriſſe, atque a vicino arrepta ſecuri, quæ forte acuebatur, beſtiam percuſſiſſe: Quumque bos ex vulnere interijſſet; & ipſe ira iam ſedata animaduertiſſet quodnam ſcelus perpetraſſet; boue ſepulturæ mandato, ipſum aiunt voluntario exilio ſuſcepto ob impietatis crimen in Cretam fugiſſe. Quum vero ſiccitas atque in-

b Lib. 2.

c Cap. 9.

de

de frugum ſterilitas maxima Atticam inuaſiſſet, publice conſulendum oraculum ſtatuerunt. Pythia reſpondit, Exulem qui in Creta eſſet ea expiaturum, ſi & interfectorem puniuiſſent, & mortuum ſuſcitaſſent in eodem adipe, in quo mortuus fuerat: id quod erat futurum, ſi & ex mortuo deguſtaſſent, & non obtinuiſſent. Habita igitur ſuper hac re inquiſitione, & inuento Sopatro, is quum ſe ab eo ſcelere liberatum iri exiſtimaret, ſi id publice omnes agerent; ad eos, qui ad ipſum reducendum venerant, interficiendum eſſe bouem a ciuitate dixit; quumque illi dubitarent quiſnam eſſet futurus, qui pecudi vulnus inferret; ſe id facturum pollicitus eſt, ſi ciuitate donaretur, ita vt participes cædis etiam ipſi efficerentur. Quod vbi concesſum fuit, reuerſi in vrbem rem ita inſtituerunt, quemadmodum nunc quoque apud ipſos obſeruatur. Aquatrices virgines elegerunt, quæ aquam iis ferrent, qui Securim & cultrum acuerent; acuta Securi & cultro, alter Securim porrexit, alter ea accepta bouem percusſit, alius vero iugulauit: Quumque eum excoriaſſent, ex eius carnibus omnes epulati ſunt; poſtea vero corio conſuto, ac fœno ac paleis farto bouem ſuſcitarunt ea forma,

qua erat quum viueret; eique aratrum quaſi operanti applicuerunt. Quod vbi factum eſt, in iudicium cædis omnes conuocarunt, qui actionis eius participes fuerant. Quum vero Aquatrices in eos, qui acuerant; qui acuerant in eum, qui Securim tradiderat; is in eum, qui iugularat; iugulator in cultrum crimen reieciſſet; cultrum, qui voce carebat, cædis condemnarunt. Atque ex eo tempore hucuſque in Dypolijs Athenis in arce hoc modo bouis ſacrificium celebrant; pulte enim & libis in ænea menſa collocatis, depaſcentes boues circumagitant; ex quibus qui e menſa deguſtarit, mactant; & familiæ eorum, qui hæc faciunt, nunc etiam ſunt, a Sopatro qui vulnerauit, qui Bouicidæ appellantur; ab eo qui, circumagitauit Stimulatores nuncupati; a iugulatore illi, quos Diuiſores vocant, ex epulo quod ex carnium diuiſione conſtituebatur. Vbi vero corio iam referto in iudicium eſt ventum, cultrum in mare proiectum demergunt. Ita Porphyrius. Ex qua quidem hiſtoria plane conſtat Securi cum Ara maximam intercedere cognationem, non ſolum quia ſacerdotes prope Aram vtebantur Securi ad mactandas pecudes in holocauſtum, vt etiam admonet[d] Virgilius, cui Laocoon

d 2.Aen.

Ille

„ Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos
„ Perfuſus ſanie vittas atroque veneno,
„ Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit.
„ Quales mugitus fugit quum ſaucius Aram
„ Taurus & incertam excuſſit ceruice Securim.

Sed potiſſimum quia Securis fuit origo ſacrificandi animalia apud Athenienſes, qui prius abſtinentes a cruenta animaliũ cęde, pulte ac libis, incruentis ſacrificijs Numini litabant. Merito igitur poſt Aras noſtras Encyclopædiæ meditationes veluti Muſis immolantes nunc aggredimur tractare myſticam Epei Securim, non ſæuam illam Tenediam, ſed placidam Simmiæ Rhodiam.

Securis epigramma dudum a Simmia Rhodio compactum nunc Græce, Latineque primum affertur. Cap. I.

QVod hoc opere tractandum ſuſcepimus, vetus illud eſt Idyllium in effigiem Securis, a Simmia Rhodio conſtructum de famoſa Securi, quam Epeus Panopei filius dudum ſuſpendit in templo Mineruæ; cuius auſpicijs eo inſtrumento celebratiſſimum equum Troianum, Vlyſſis inuentum, vt a Cointhus aſſerit, fabricauerat. Quod quidem poematium ita Græce legitur.

a Lib. 12. Paralip.

Σιμμίυ Τȣ̃ Ροδίυ Πελεκύς.

Ανδροθέα δῶρον ὁ Φωκεὺς κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίνων Αθάνᾳ

Τᾶμος ἐπεὶ τὰν ἱερὰν κηρὶ πυρίπνῳ πόλιν ἠθάλωσεν

Ουκ ἐνάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοισι Αχαιῶν

Νῦν δ᾽ ἐς Ομήρειον ἔβα κέλευθον

Τρισμάκαρ ὃν σὺ θυμῷ

Τὸν ὄλβον

Τὸν Βίον κλυτοῖς ἦσε θεοῖς, ὅς εὖρε Ροδοῖ γεγαὼς πολύτροπα Μῆκος Μέτρα Μολπᾶς.

Αεὶ πνέει

Ἵλαος ἀμφιδέρχθης

Σὰν χάριν, ἁγνὰ ὦ πολύβουλε Παλλάς

Αλλ᾽ ἀπὸ κρανᾶν καθαρὸν νῶμα κόμιζε δυσκλεής

Δαρδανιδᾶν δ᾽ ἐσυφέλιξ ἐκ θεμέθλων ἄνακτας

Ὦπας Επειὸς πέλεκυν ᾧ πόκα πύργων θεοτεύκτων κατέρειπεν αἶπος.

Quam quidem Securim Auberius ſiue a ſeipſo ſiue a quouis alio latine redditam ita proponit:

SIMMIAE RHODII SECVRIS.

Fortiſſimæ Deæ dono Phocenſis (robuſtiſſimi inuenti gratiam referens) Mineruæ.

Tunc quum ſacram fato ignifero vrbem concremauit

Nodũ numeratus inter principes propugnatores populorũ:

Nunc vero Homericam ingreſſus eſt viam:

Ter beatus quem tu omnino

Hic felicitatem

Quam Bion inclytis cecinit Diis, qui reperit Rhodi quum eſſet multiplicia ſolus metra carmini.

Dedit Epeus Securim qua, quondam turrium à Diis extructarum diſturbauit verticē

Ac Dardanidarum funditus euertit Reges,

Sed a fontibus purum liquorem importabat inglorius:

Quæ tua eſt gratia, caſta o multi conſilij Pallas,

Propitia circumſpexeris:

Semper redolet,

Prima explicatio Simmianæ Securis ab Auberio propoſita refertur. Cap. II.

CLaudius Auberius, eruditione clarus, hoc poematium ſcholijs illuſtrauit primus omnium, vt ego quidem arbitror, inter Latinos autores, dum inquit in hanc ſententiam: Epeus Panopei filius, Achiuorum
" quondam coquus, vt Plautus & Marcus[a] Var-
" ro ſcripſerunt, a Mineruа Dea ſapientiæ om-
niumque artium parente excitatus equum Du
" rateum ab Homero alijſque poetis celebra-
" tum fabricatus eſt; in cuius vtero incluſi Du-
" ces, & principes viri Græcorũ, in vrbem ab ipſis
" Troianis tantæ proditionis ignaris introducti
" ſunt. Parta Græcis victoria tandem ex igno-
" bili & inglorio Epeus factus eſt nobiliſſimus &
" celeberrimus; neque iam vt coquus habitus,
" ſed vt artifex ſummus, & pene Dux inter Græ-
" cos maximus ab Homero celebratus eſt, & me-
" moriæ poſterorum commendatus. Qua igi-
" tur Securi vſus eſt in fabricatione Equi Durij,
" hanc ipſam Mineruæ donat & conſecrat pro-
" pter inuentum illud piam, & debitam Deæ
" gratiam referens.

a 3. De ling. lat.

Ανδροθέα

Ανδροθέα δῶρον ὁ Φωκεὺς] Ariſtoteles in libello περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, De admirandis[b] auditionibus in hanc ſententiam de Epeo ſcripſit: Περὶ δὲ τὴν Ιταλίαν τὴν Καλουμένην[c] Καλάβριαν, ἐγγὺς Μεταπόντου[d] Αθηνᾶς ἱερὸν εἶναί φασιν Ελληνίας, ἔνθα τὰ τοῦ Επειοῦ λέγουσιν ὄργανα ἀνακεῖσθαι, ἃ εἰς τὸν Δούριον ἐποίησεν ἵππον, ἐκείνου τὴν ἐπωνυμίαν ἐπιθέντος. Φανταζομένην γὰρ αὐτῷ τὴν Αθηνᾶν κατὰ τὸν ὕπνον, ἀξιοῦν ἀναθεῖναι τὰ ὄργανα καὶ διὰ τοῦτο βραδιτέρας τυγχάνοντα τῆς ἀναγωγῆς, εἰλεῖσθαι ἐν τῷ τόπῳ, μὴ δυνάμενον ἐκπλεῦσαι. ὅθεν Ελληνίας Αθηνᾶς τὸ ἱερὸν προσαγορεύεται. id eſt: *In Italia regio eſt prope Metapontum[f] Gargaria nomine, in qua templum Græcæ Mineruæ ineſſe autumant, vbi Epei inſtrumenta eius inſcripta titulo recumbere, quibus Durium equum confecerat. hic enim cum Palladem in ſomnis cerneret, dignum cenſuit ei opera dedicare. Cæterum quum tempus itineris differret, adeo eo in loco ſomno correptus fuit, vt minime nauigare poſſet: qua de cauſa Sacellum id Palladis Græcæ nomenclaturam ſortitum eſt.* Cæterum ſunt, qui equum hunc exiſtiment fuiſſe machinam bellicam, vt Vitruuius, & alii.

b cap. 104

c γαργαρίαν.

d Μεταποντίῳ.

f Calabria.

Πύργων θεοτεύκτων] Quum Apollo, & Neptunus Ilium mœnibus cingere vellent, Aeacum aſciuerunt laboris conſortem, & ſocium, quoniam fatis decretum erat Ilium exciſum iri,

,, quod fieri non poterat, niſi parte aliqua mu-
,, rorum a mortali extructa. Quare mœnia
,, Troiæ à Diis quidem extructa fuerunt, a Ne-
,, ptuno nimirum, & Apolline, ſed non omni
,, ex parte, vt fato daretur locus. Horum om-
g Idyll. 8. nium meminit Pindarus in Olymp. [g] εἰδυλλ. ή.
,, cuius hæc ſunt verba.

Τὸν (id eſt Aeacum) παῖς, ὁ Λατοῦς, εὐρυμέδων
τε Ποσειδᾶν,
Ιλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον
Τεῦξαι, καλέσαντο συνεργὸν
Τείχεος. ἦν ὅτι νιν πεπρωμένον
Ορνυμένων πολέμων
Πτολιπόρθοις ἐν Μάχαις
Λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν.

id eſt.

Quem Aeacum *filius Latonæ, & late imperans Neptunus*
Quum Ilium mœnibus eſſent coronaturi,
Aduocauerunt cooperatorem
Muri: erat quoniam ſato decretum
Surgentibus bellis
Ipſum Ilium *vrbium vaſtatricibus in pugnis*
Vehementem exhalaturum fumum.

,, Οὐκ ἐκάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοισι λαῶν] Sen-
,, tentia: Τᾶμος, tunc quidem quum Minerua

cum

„ cum Epeo euertit funditus Ilium, Epeus nondum numeratus erat inter propugnatores Achiuorum, ſed inglorius importabat aquam, hoc eſt coquus erat, & ὑδροφόρος, vt Plautus, & Marcus Varro tradunt; quod in hypotheſi attigimus: nunc vero Homerico poemate nobilitatum ipſius eſt nomen. In verborum ordine quædam eſt obſcuritas; quare in hunc modum ordinabimus. Τᾶμος ὐκ ἐναρίθμιος ἐν προμάχοισι λαῶν, ἀλλὰ δ' ἀκλεὴς ὤν, vel γεγαὼς ἐκόμιζε νᾶμα καθαρὸν ἀπὸ κρανᾶν. id eſt: *tunc nondum numeratus inter propugnatores populorum, ſed inglorius natus importabat liquorem purum à fontibus.* Caue dicas Epeum non fuiſſe inter eos, qui primum ingreſſi ſunt Troiam in aluo Equi Durii latitantes; in his enim numeratur a ſummo poeta.

„ ——— lætiq; cauo ſe robore promunt
„ Tiſandrus, Sthenelusq; duces, & dirus Vlyſſes
„ Demiſſam lapſi per funē, Athamaſq; Thoaſq;
„ Pelideſq; Neoptolemus, primuſq; Machaon
„ Et Menelaus, & ipſe doli fabricator Epeus. Virg. 2, Aen.

„ Numeratur etiam a Tryphiodoro,[i] & Q. Calabro. Cæterum Ἀχαιῶν irrepſerat in locum λαῶν prorſus inique, vt oſtendit ratio verſus. Νῦν δ' εἰς Ὁμήρειον ἔβα κέλευθον] Epei honorifi-

i Lib. de Ilii excid.

k Odyſſ. 8. in f. cam mentionem facit Homerus[k] Odyſſ. θ. nam
" Demodocum alloquitur Vlyſſes, hortaturq;
" hunc in modum,

Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον,
Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ
Ὅν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν δόλον ἤγαγε δῖος Ὀδυσσεὺς,
Ἀνδρῶν ἐμπλήσας οἱ Ἴλιον ἐξαλάπαξαν.

hoc eſt:

Sed certe perge, & equi apparatum canta
Duratei, quem Epeus fecit auxilio Palladis:
Quem quondam in arcem dolum duxit diuus Vlyſſes,
Viris vbi impleuiſſet qui Ilium euerterunt.

» Τρισμάκαρ ὃν σὺ θυμῷ ἵλαος ἀμαιδίρ χθης] Ter
» felix ille quem tu reſpicis, & amplecteris; eum
» enim ſempiterna comitatur felicitas; is deniq;
» totus redolet felicitatem perpetuam: hoc enim
» eſt: Τὸν ὄλβον ἀεὶ πνέει.
» Τὸν Βίων κλυτοῖς ἦσε θεοῖς] Hic verſus eſt λαβὴ,
» ſeu manubrium Securis. Huius manubrii ini-
» tium non debet excedere extra vtrumq; vtrin-
» que minimum verſum quo ad fieri poteſt, vt
» figura ſecuris aliqua appareat. Cæterum lege-
» batur Βίνων, non Βίων: nos vero Βίων ſcribendum
» eſſe putamus. Quumq; Biones fuerint decem,
l Lib. 4. vt ſcribit Laertius,[l] erit hic, aut Bion Smyrnę-
» us, aut Bion Lyricus poeta. Quod autem in

,, hoc verſu ſcriptum eſt Ρόδοῖ γιγαὼς, poſſumus
,, in hanc ſententiam reddere: *Qui cum eſſe*
,, *Rhodi*; nam Rhodi floruerunt olim literæ, ar-
,, teſque meliores; & γάω ſignificat *ſum*, *naſcor*
,, *inhabito*. Perſępe quoque poetæ ſolent loci, in
,, quo aliquid ſcripſerunt, meminiſſe. Hoc fecit
,, maximus poetarum in fine Georgicorum.
,, Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
,, Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis oti.
,, Verſus ſunt Choriambici ἀντιθετικοί: clau-
,, duntur Bacchio, & gradatim decreſcunt ad
,, vnum vſque vtrimque Bacchium; non ſecus
,, atque in Alis: ſed hoc eſt diſcriminis, quod in
,, Alis digredimur a primo dextri lateris verſu ad
,, primum ſiniſtri, deinde a ſecundo dextri ad ſe-
,, cundum ſiniſtri, & ſic deinceps duntaxat ver-
,, ſuum cauſa; hic autem, & verſuum, & ſenten-
,, tiæ gratia. Cæterum, quod attinet ad manu-
,, brium, ſeparatum eſt ab vtraque ala bipennis
,, ratione verſuum & ſententiæ; nam hęc eſt ſen-
,, tentia. *Hanc Securim Bion cecinit inclytis dijs, qui*
,, *cum eſſet Rhodi, reperit ſolus multiplicia metra car-*
,, *minis*. Verſus autem eſt πολύτροπος, hoc eſt
,, *multimodus, varius, diuerſus*, ſeu πολυσχηματιστος,
,, ideſt: *multiformiſſimus*, vt ipſe poeta monet.
,, Habet duo κῶλα, quorum prius conſtat ex cre-

tico,

„ tico, Bacchio, Pæone tertio, & Choriambo;
„ poſterioris initium eſt vox γεγαώς; conſtatque
„ hoc κῶλον ex Pæone tertio, Choriambo, Pa-
„ limbacchio, & Spondeo, cui deeſt vnum tem-
„ pus, vt ſit quinq; tẽporum. Prius κῶλον vnum, &
„ viginti tempora, poſterius viginti tantum ha-
„ bet: quare inter vtrumque inæqualitas non eſt
„ inſignis. Pedes quoque omnes ſunt quinque
„ temporum præter Choriambum ſex tempo-
„ rum pedem; ſed neque inter quinque, & ſex
„ eſt inæqualitas inſignis. Porro percuſſionum
„ ἀκρίβεια nõ ita obſeruatur ἐν πολυσχηματίστοις, vt
„ iam ante notauimus, quia magis accedunt ad
„ ſolutam orationem.

Expenditur allata explicatio, nonnullaq; notantur, ob quæ collaudari non poteſt omnino. Cap. III.

ERudite ſane, ac diſerte poematium hoc nobis explicauit vir egregius; ſed tamen non adeo ſufficienter, & exacte, vt multa non deſiderentur ad plenam, & intimam Idyllii intelligentiam. Deinde vero quum vetuſtiorum autorum ſcripta ſint religioſe cuſtodienda; non probamus mutationem vocis Αχαιῶν, in dictionem λαῶν, & eo magis,

gis, quo Panopeiades Epeus faber fatalis equi connumeratus eſt inter propugnatores Achiuorum vere, ac proprie; minus proprie inter propugnatores populorum; nam Epeus non adnumeratur inter Troianos Heroes, qui & ipſi fuerunt propugnatores populorum ſibi tum ſubditorum, tum etiam auxiliariorum. Quod autem ſuæ mutationis huius cauſam vir doctus refert in rationem metricam; id nos nihil omnino mouet, qui non ſolum Græcos poetas in verſibus pangendis maximam ſibi licentiam arripere compertum habemus; verum etiam hos verſus Idyllij Securis a communi regula deuiare putamus, ac propriam quandam habere normam, quæ lateat adhuc; quod vel inde conſtat aperte, quia Securis autor ſe ſolum inuentorem prędicat metrorum multiplicium figurati carminis. Deinceps minus accipimus voluntariam alteram illam mutationem particulæ Βινῶν, in vocabulum Βίων, ad quam efficiendam a nulla lege metrorum, a nulla cauſa coactus fuit vir egregius: ſed quia nullum Binonem audiuerat inter veteres poetas floruiſſe; at plures Biones in poeſi dudum excelluiſſe; propterea de textu græco Binonem expungens Bionem obtrudere voluit.

De-

Denique ſatis non confirmat vir inſignis, ac voluntarie pariter, & gratis accipit Manubrium Securis huius poeticæ duos habere verſus; potuiſſet enim eius autor nihil turbans, aut corrumpens imaginem Securis duos verſus pares, ac parallelos efficere pro manubrio; quorum initia non excederent caput minimorum verſuum Securis alas interius terminantium; nam & bipennes fiunt breui admodum manubrio; cuiuſmodi quotidie videmus appenſas caprariorum Patauinorum cingulis.

Secunda explicatio, ſeu verius emendatio Securis poeticæ a Scaligero iuniore allata producitur. Cap. IV.

,, POſt Auberium Ioſephus ille Scaliger, inter viros eruditos magni nominis hanc Epei Securim tractans, ita emendabat:
,, Ad Securim V. 1. *ᾧ πόκα πύργων θεοτεύκτων κατέρειπεν αἶπος.* ideſt: qua quōdam turrium a Diis
,, extructarum diſturbauit verticem: *Ita ne ſecuricula ſua mœnia illa, & illas ſaxorum moles θεοτεύκτους*, hoc eſt à Diis extructas *Epeus demolitus eſt? ſane lignarius erat faber, non lapidum quadratarius. Legendum ὁππόκα*, id eſt: quando;

Epeus

Epeus diruit Troiam ligneo equo, quem fabricauit, non autem ſecuri ſua. V. 2. Δαρδανιδᾶν δ' ἐστυφέλιξ ἐκ θεμέθλον ἀνακτὰς. ideſt: ac Dardanidarum funditus euertit reges. *Et hæc quoq;* ἐλικτὰ κ' οὐδὲν ὑγιές, hoc eſt: inuoluta, & non ſana: *Legendum enim:* Δαρδανίαν δ' ἐστυφέλιξ ἐκ θεμέθλων ἀναστὰς. hoc eſt: ἀνάστατον ποιήσας. id eſt Dardaniam autem euertit ex fundamentis deijciens, hoc eſt: non ſtantem faciens, quod eſt faciens, vt amplius non ſtet.

Emendatio Scaligeriana refellitur, ac retinetur Vulgata, & genuina lectio Securis. Cap. V.

NOs autem hanc eruditi viri correctionem haud neceſſariam eſſe putamus; imovero, vt libere fatear, eam vt corruptionem textus procul arcendam eſſe cenſemus. Dantes enim Epeum fuiſſe fabrum lignarium, non autem lapidum quadratarium; nihilominus a poeta noſtro dici potuit, quin etiam in poematio Securis dici debuit Epeus ſecuricula ſua demolitus eſſe mœnia illa, turreſq; Troianas, & ſaxorum moles a Diis extructas; tum quia Troianorum hoſtis Epeus illa eadem Securi, qua faber lignarius equum

Durium fabricauerat, idem non lapidum quadratarius, ſed miles græcus, arte nulla, ſed hoſtili furore mœnia turreſque Troiæ demoliri potuit; quod Pauſanias in Phocicis teſtari videtur in hæc verba, de Polygnoto tractans. Γέγραπται δὲ καὶ Ἐπειὸς γυμνὸς καταβάλλων ἐς ἔδαφος τῶν Τρώων τὸ τεῖχος: ἀνίχει δὲ ὑπὲρ αὐτῶν κεφαλὴ τοῦ ἵππου μόνη τοῦ Δουρίου. hoc eſt: *Pinxit vero etiam Epeum Troiæ muros æquantem ſolo; prominet inter ruinas caput ſolum Equi Duratei;* tum quia notamus in verbis poetæ noſtri figuram ineſſe locutionis, dum pulchre vſus eſt, ac decenter in Idyllio Securis cauſa effectrice ruinæ Troianarum turrium remota vice propinquę; quandoquidem Epeus illa Securicula ſua belli machinam equum ligneum conſtruxit; quę quidem machina, vel ipſa, quod opinatur [a] Plinius in arietis morem ſi non capite, ac cornibus, pedibus ſaltem, aut calcibus mœnia Troiana diruit; vel vt intra vrbem Ilij dolo malo ageretur, quum anguſtiorem ſe portam Scæam ingredi non poſſet, a Troianis incautis, & a græco Sinone deceptis pars muri diruta fuit; tum etiam quia proprie quum axioma ſit in ore omnium celebratum Quod eſt cauſa cauſæ idem eſt cauſa cauſati, quando Panopei filius

a lib. 7. cap. 56.

lius Epeus Securi ſua ligneum equum fabricauit, quæ machina detulit in aluo reconditos principes Græcorum cum ipſo Epeo in hoſtilem ciuitatem; qui noctu ex equi machina exeuntes, & ignibus vrbem ſuccendentes, mœnia turreſque pariter igne diruerunt; iam hac ratione ſcite dicitur Epeus Securi ſua turres Troianas a Neptuno, & Apolline conſtructas diſturbaſſe. Cæterum nec alia diſerti Scaligeri correctio recipitur, qua monet non eſſe legendum Dardanidarum reges funditus euerſos ab Epeo, ſed Dardaniam vrbem ex fundamentis euerſam, ac factam inhabitabilem ab Epeo; quia dum Epeus equo Durio Troiam ſubuertit, profecto funditus euertit Dardanidarum, ſeu proceres, ſeu principes, ſeu regulos, ſeu Cæſares, qui fuerunt Priami filij, ac generi; quos omnes apte ſignificat illa vox ἄνακτας.

Tertia Securis explicatio proponitur, ab eximio Salmaſio promulgata. Cap. VI.

SEd inter omnes accuratiſſime poematium Securis explicauit eruditiſsimus Claudius Salmaſius, qui non ſolum aliter legit vetuſtum Idyllium, ſed alio quoque ordine,

variaque figura Securim ob oculos ponit, ita proponens antiquum hoc epigramma.

Σιμμίυ τȣ̃ Φοδίȣ Πελεκύς

Ανδροθέας δῶρον ὁ Φωκεὺς κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίων Αθάνα
Τᾶμος ἐπεὶ τὰν ἱερὰν κῆρι πυρίπνῳ πόλιν ἠθάλωσεν
Ουκ ἐνάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοις Αχαιῶν
Νῦν δ᾽ ἐς Ομήρειον ἔβα κέλευθον
Τρις Μάκαρ ὃν σὺ θυμῷ
Οδ᾽ ὄλβος

Αεὶ πνεῖ
Ιλαος ἀμφιδέρχθης
Σὰν χάριν ἁγνὰ πολύβȣλε Παλλὰς
Αλλ᾽ ἀπὸ κρηνᾶν ἰθαρᾶν νᾶμα κόμιζε δυσκλὴς
Δαρδανιδᾶν χρυσοβαφεῖς τ᾽ ἐσυφέλιξ θεμέθλων ἀναὴτας
Ωπασ᾽ Επειὸς πέλεκυν τῷ ποκα πύργων θεοτεύκτων κατέρειψεν αἶπος.

Quæ ſic ad verbum latine vertebat eruditiſs. Souerus.

Simmiæ Rhodij Securis.

Virilis Deę Mineruę donũ, Phocẽſis (fortis ſollicitudinis gratia honorãs)
Tunc poſtquam ſacram fato flammifero vrbem exuſſit
Non annumeratus Ducibus Achiuorum
Nũc vero in Homericã iuit ſemitã
Ter beatus quem tu animo
Hic felicitatem

Semper ſpirat.
Benigna circumſpexeris
Tua gratia caſta prudens Pallas
Sed ex fontibus puris latices ferebat inglorius
Dardanidarumque purpureos ex fundamentis euertit reges
Donauit Epeus Securi, qua quõdã turriũ a Dijs extructarũ deiecit verticẽ.

Cæte-

Cæterum clariſſimus ille Salmaſius græco poematio talem attulit explicationem. Nu-
„ mero, & genere verſuum, ſitu etiam, figura-
„ que nihil plane differt ab Alis Securis. Et ſa-
„ nè nihil erat, quod æque, figuram Alarum ex-
„ primeret vt Securis; hinc eam Bipennem Ro-
„ mani veteres appellarunt; ſic enim Securis Bi-
„ pennis dicitur, vt auis bipennis; quod ſcilicet
„ ex vtroque latere ferri aciem in modum Alæ,
„ vel pinnæ factam haberet; non autem quod
„ in vtramque partem ſcinderet, vel acuta eſſet
„ ex eo quod pinnum pro acuto veteres dice-
„ bant. Bipennis igitur adiectiuum vt vocant
„ nomen, & epitheton Securis; ſic enim *bipennis*
„ *Securis* Varroni apud Nonium, vt *paſſer bipen-*
„ *nis. Ferens ferream humero bipennem ſecurim* in
„ Parmenone, ſic *ferrum bipenne* Virgilio pro ſe-
„ curi
„ ——————*ferro ſonat acta bipenni*
„ *Fraxinus*
„ Seruius *bipennem* dici ait, *quod ex vtraque par-*
„ *te aciem haberet, quaſi duas pinnas.* nihil verius:
„ & id licet ex hac veteris Securis, quam Epeus
„ dedicauit, effigie cognoſcere; eam enim poe-
„ ta vetuſtiſſimus eadem forma, eodem numero
„ verſuum compoſitam ſic Alis aſſimilauit, vt
nihil

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nihil magis ſimile fieri poſſet. πέλεκυς autem Græcis eſt, quæ Latinis *Bipennis*: hinc πέλεκυν, ἀξίνην δίστομον exponunt Grammatici, hoc eſt. *Bipennis*; *Securis anceps*, ſiue *vtrinque incidens*: quæ vero vnam tantum pinnam aut aciem habet, eam ἡμιπέλεκκον, *ſemiſecurim*; vel *vnipennem* vocant: Græci barbari δεξτράλιον, quod vna tantum manu, dextra ſcilicet, teneretur. vetus interpres in Homerum, πελέκεας ἀξίνας διστόμους. ἐστὶ δὲ σταθμὸς σιδήρου ἔχων μνᾶς δέκα. τὸ δὲ ἡμιπέλεκκον τὸ ἥμισυ τοῦ πελέκεως, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς μόνου μέρους ἔχον ἀκμὴν, ὃ καὶ δεξτράλιον καλοῦσι. hoc eſt. *Secures bipennes ancipites; eſt enim pondus ferri habens minas decem; ſemiſecuris vero dimidium ſecuris, quod ex vna tantum parte habet aciem, quod & dextrarium vocant*. ſic enim ibi legimus. Iſidorus de originibus *dextralem* vocat, & inde dictam autumat, *quod dextræ habilis ſit*. Quæ Latinis *dextralis*, Græcis eſt δεξτράλιος. Quod autem ait πέλεκυν etiam ſignificare pondus decem minarum, idem quoque ſcribit Heſychius. Πέλεκυς ἀξίνη δίστομος ἢ σταθμίον ἑξαμναῖον ἀρχαῖον οἱ δὲ δωδεκαμναῖον. id eſt: *Securis bipennis anceps, vel pondus ſex minarum antiquum, ille vero duodecim minarum*. ſed illud δωδεκαμναῖον forte corrigendum δεκαμναῖον, vt

loco

loco duodecim minarum legamus decem minarum; nam ſic habet in voce ἡμιπέλεκκον. Ἡμιπέλεκκον τριμναῖον ἢ τετραμναῖον, ἢ πεντάμνουν: τὸ γὰρ δεκάμνουν πέλεκυς καλεῖται παρὰ Παφίοις. id eſt: *Semiſecuris trium minarum, vel quatuor minarum, vel quinque minarum: decem minarum vero Securis vocatur a Paphijs*. Sed hæc non ſunt huius loci. De auctore nil dicam, nam Simmiam eſſe vel vnicus Hephæſtion perſuadere poteſt. Qui Simmiam ἐν τῷ πελέκει *in ſecuri* citat. Argumentum etiam notum. In huius autem poemati j expoſitione a primo verſu ad vltimum producendum, atque ita deinceps vt in Ouo vidimus, & Græcus Scholiaſtes admonet, & nos ſcire poteramus etſi nullus moneret. Interpretationis vicem libet ſubijcere veteris cuiuſdam Scholiaſtæ ἔκφρασιν κατὰ πόδα *explicationem ad pedes*, quam in vetuſta membrana ſcriptam reperi, magis ne quid deſideraretur, quam quod tali interpretatione indigere videretur hoc poemation; nihil enim iſtic valde difficile aut obſcurum. Sic igitur habet: ἔπος γέγραπται μὲν εἰς τὸν Ἐπειοῦ πέλεκυν, λέγει δέ. Δῶρον τῇ Ἀθηνᾷ ὁ Φωκεὺς Ἐπειὸς τῆς τέχνης καὶ τῆς ἐπινοίας χάριν ἀποτίνων, ἀνέθηκεν, ᾧ ποτε πύργων θεοποιήτων κατήρειπε τὸ τεῖχος, ἡνίκα

τῇ

" τῇ ἱπποποιητῷ κῆρι, καὶ πυριπνόῳ τὴν πόλιν ἔκαυ-
" σεν. διὰ γὰρ Ἵππου εἷλον Ἴλιον Ἕλληνες, καὶ τοὺς
" βαθυπλούτους ἄνακτας ἐκ βάθρων ἔσεισεν Ἐπειός, ὃς
" οὐκ ἦν προμάχοις ἐναρίθμιος, ἀλλ' ἀπὸ κρηνῶν κα-
" θαρὸν πόμα ἔφερε τοῖς Ἀχαιοῖς. νῦν δ' ἐχώρησεν εἰς
" Ὁμήρου πόιησιν διά τῆς Ἀθηνᾶς χάριν. μακάριος γὰρ
" ὃν σὺ ἀπὸ ψυχῆς εἶδες ἵλεως. τῷ γὰρ ποιούτῳ καὶ
" ἡ εὐδαιμονία ἀεὶ παρακολουθεῖ. Hoc eſt: Hic qui-
" dem ſcripſit in Epei Securim. Dicit autem: do-
num Mineruę Phocenſis Epeus artis, & ſcientię
gratia obtulit; cui aliquando turrium a Dijs
factarum diruit murum fato (vel in corde) fa-
ctitij equi, & ignem ſpirantis vrbem accendit;
propter equum enim cæperunt Ilium Græci, &
profunde diuites reges concuſſit Epeus, qui non
erat ex numero ducum (vel propugnatorum)
ſed ex fontibus purum potum ferebat Achiuis.
Nunc vero ſeceſſit in Homeri poeſim Miner-
uæ gratia; felix enim quem tu ex animo vidiſti
benigne, talem enim & felicitas ſemper comi-
tatur. Nunc quare quædam in vulgata editio-
" ne mutauerimus, reſtat vt indicemus; & non-
" nulla etiam explicemus nondum ſatis intelle-
" cta.

" Ἀνδροθέα] ſic vocat Mineruam, quod fortis,
" & bellicoſa diua ſit; quaſi ἀνδρείαν θεὰν, id eſt:
viri-

virilem deam. Vetus ſcholion ad hunc locum ἀνδροθέα ἡ ἔπανδρος θεά· οἶμαι διὰ τούτου τοῦ ὀνόματος τὴν παρθένον καὶ ἀνδρείαν ἐσήμανεν. id eſt: *Androthea virilis Dea, puto autem per hoc nomen virginem & fortem ſignificaße*. quod ad ἀνδρείαν pertinet, verum eſt; quod ad παρθένον, nugæ.

Κρατερᾶς μηδοσύνας] Ita recte legitur; ita etiam citat Hephæſtion. in veteribus tamen membranis κρατίτας ſcriptum; quod ferre non poteſt verſus; & pro μηδοσύνας, correctum δημοσύνας: quid ſit neſcio: forte voluit δειμοσύνας α δέμω, vel δείμω, quod eſt ædifico, vt δειμοσύνα fabricationem, & architectationem equi Durii ſignificet. ſed μηδοσύνας verum, & recte Gręcus interpres τέχνης καὶ ἐπινοίας exponit.

Ηρα τίων] vulgo legitur, & ita apud Hephæſtionem excuſum eſt, ἦρα τίνων. ſed prima in verbo τίνειν fere ſemper producitur. τίων igitur quod habebant membranæ malui non tamen ignoro primam in τίνω, & τίω apud poetas indifferentem reperiri.

Τῷ πόκα πύργων θεοτεύκτων κατέριψεν αἶπος] Prius legebatur ᾧ πόκα, ęque bene ad ſenſum, ſed verſus rationi parum apte: pro illo autem ᾧ πόκα, quod in vulgatis erat, legendum putabat vir doctiſsimus ὅπποκα. Itane inquiebat,

,, ſecuricula ſua mœnia illa, turreſq; θεοτεύκτυς de-
,, molitus eſt Epeus? fuiſſe enim lignarium fa-
,, brum Epeum, non lapidum quadratarium. Sed
,, illud ὅπποκα, & verſui multum officit, & ad
,, ſententiam nihil facit: nam ſi ita legimus,
,, Ωπασ᾽ Επειὸς πέλεκυν ὅπποκα τύργων θεοτεύκτων,
,, pro Choriambico, quem metri ratio poſtulat,
,, Pœonem primum habebimus. ex illa porro
,, lectione hæc ſentētia ſurgit, Epeum tunc Secu-
,, rim ſuam Mineruę dedicaſſe, quum turres Tro-
,, ianas diruiſſet; at in ſequente verſu hoc idem
,, dicit τᾶμος ἐπεὶ ταν ἱερὰν πόλιν ἠθάλωσε. vbi
,, quid hac repetitione opus eſſet, τᾶμος ἐπεὶ, ſi
,, ὅπποκα hoc loco poſuiſset? ſed non male E-
,, peus dici poteſt illa Securi turres, & mœnia
,, Troiana diſſipauiſſe, qua ligneum equum fa-
,, bricauit, cuius equi opera turres illæ dirutæ
,, ſunt, & diſſipatæ.
,, Τᾶμος ἐπεὶ ταν ἱερὰν] Ιερὰν πόλιν Ilium vo-
,, cat, quod à Neptuno, & Apolline mœnita
,, fuiſſe dicatur, vt cum Plauto loquar: *Perga-
,, mum diuina mœnitum manu.* Hinc πύργυς θεο-
,, τεύκτυς ſuperiore verſu dixit.
,, Δαρδανιδᾶν χρυσοβαφεῖς τ᾽ ἐςυφέλιξ᾽ ἐκ θεμέ-
,, θλων ἄνακτας] χρυσοβαφεῖς ex membranis reſti-
,, tuimus ad integrandum verſum, qui vulgo vna

σv-

,, συζυγίᾳ mancus & mutilus excudebatur; nam
,, quum pentametros eſſe deberet, vt eſſet ἀντί-
,, ϛροφος illi ſuperiori, cui reſpondet τᾶμος ἐπεὶ,
,, tetrametros erat tantum; melius tamen fortaſ-
,, ſe legeretur, Δαρδανίδαν χρυσοβαφῆ δ᾽ ἐϛυφέλιξ
,, ἐκ θεμέθλων ἄνακτα, vt de Priamo intelliga-
,, mus. ſed & Δαρδανίδας ἄνακτας de Priamo, &
,, Priamidis intelligere poſſumus: nam ſic etiam
,, Euripides Ἰλιάδας βασιλεῖς, Troianos reges di-
,, xit. ἀπὸ δὲ φθίμενοι βεβᾶσιν Ἰλιάδαι βασιλῆες
,, hoc eſt:
,, *Interfecti autem obierunt Iliaci reges*
,, Κηρὶ πυρίπνῳ πόλιν ἠθάλωσεν] Perperam in
,, membranis κηρὶ πυρινῷ. Ἀλλ᾽ ἀπὸ κρανᾶν ἰθαρᾶν
,, νᾶμα κόμιζε δυσκλής] ἰθαρᾶν habebant veteres
,, membranæ, & ſupra correctum καθαρᾶν. ſed
,, ἰθαρᾶν rectum eſt. Heſychius ἰθαραῖς, ταχέσιν,
,, ἱλαραῖς, καλαῖς, καθαραῖς, κούφαις, λευχαῖς, ταχείαις.
,, δυσκλής autem pro δυσκλεής repoſuimus, quod
,, ita poſceret verſus.
,, Σὰν χάριν ἁγνὰ πολύβουλε Παλλὰς] ſcriptum
,, editi habeant, σὰν χάριν ἁγνᾶ ὦ πολύβουλε Παλ-
,, λὰς, contra legem verſus.
,, Οὐ τὸν ὄλβος ἀεὶ πνεῖ] Ita membranæ; quod
,, ſecuti ſumus; nam τὸν ὄλβος ἀεὶ πνεῖ, vt erat
,, in editis, non recte dici arbitror: legi poterat,

„ τῷ. ὄλβος ἀεὶ πνεῖ: τῷ enim breue eſſet ſequen-
„ te vocali, ſic prima in τρώαν breuis eſt apud
„ Theocritum, & prima in ὠὸν apud eundem
„ hunc Simmiam; vide quæ ſupra notauimus ad
„ Ouum: ἀεὶ πνέει perperam etiam legebatur
„ pro ἀεὶ πνεῖ; nam verſus id ſe ferre poſſe ne-
„ gauit.

„ Τὸν Βίων κλυτοῖς ἦσε θεοῖς] Sciolus aliquis;
„ qui viderat huic Securi manubrium deeſſe, hoc
„ pati non potuit; & illud de ſuo addidit; impu-
„ dentiſſimum vero oportet fuiſſe, qui ſic po-
„ ſteritati voluerit imponere; & impertiſſimum,
„ qui quum manubrium huic Securi putaret in-
„ ſerendum, tam male illud dedolauerit. Dein-
„ de ita male, & inconuenienter aptatum eſt,
„ vt ſi ſententiam eius ſpectes, nuſquam cohære-
„ at; nec cum vlla Securis parte quadrare poſſit;
„ plenus enim, & abſolutus vndique huius poe-
„ mati j ſenſus ab extremis vtrinque partibus,
„ vſque ad medium; qui locus erat proprius ma-
„ nubri j: ſed ibi qua ratione poſſit hærere, non
„ video; nam quo referes illud τὸν Βίων κλυτοῖς ἦσε
„ θεοῖς! ad πέλεκυν ſcilicet; atqui nulla ibi πελέ-
„ κεως mentio. Præterea quum omnes huius poe-
„ mati j verſus ἀντιθετικοὶ ſint, καὶ ἀντίστροφοι, cur
„ hic ſolus ἀντιθέτικον ſuum non habet? commode
ſane

ſane duos verſus capere poterat manubrium, nec ea re iuſtum craſſitudinis modum excederet; quum Theocritus ſingulis quibuſque fiſtulæ ſuæ cannis binos verſus impenderit. Sed age paulo penſitatius iſtunc inſititium, commentitiumque verſum examinemus. Τὸν Βίων κλυτοῖς ἦσε θεοῖς. *Quam Securim Bion inclytis cecinit dijs.* De Bione falſum; nam certum eſt huius poematis auctorem eſſe Simmiam: Mentitur impudenter quiſquis eſt, & Bionis nomen ad fucum faciendum nobis obtendit. At enim vero quid eſt ἄδειν πέλεκυν θεοῖς; canere Securim Dijs? aut quinam ſunt illi κλυτοὶ θεοὶ? Dedicauit olim Epeus Mineruæ Securim, qua Durium equum fabricauerat; hanc dedicationem inſcriptionemque, qualem ab Epeo fuiſſe poſitam erat veriſſimile, verſibus hic incluſit Simmias, & ſub Securis figura repręſentandam curauit: Hoccine eſt canere Securim? pudet pigetque ineptiarum. Sequitur: Ροδοῖ γεγαὼς. Rhodium Bionem equidem nullum noui; quod enim de Smyrnęo Bione hic accipiunt, eumque Rhodi fuiſſe volunt, verbo refutari non merentur. Sequitur ὃς εὗρε πολύτροπα μέτρα μολπᾶς. Apage hunc inuentorem; ſed vbinam ſunt illa πολύτροπα μέτρα, quæ inueniſſe glo-

,, gloriatur? nam in toto hoc carmine nulla ſunt
,, *πολύτροπα μέτρα*, ſed omnia Choriambica pu-
,, ra: idque genus vnum eſſe ex illis decem prin-
,, cipalibus, & prototypis metrorum generibus
,, nemo ignorat; nullum igitur in hoc poematio
,, metrum *πολύτροπον*, niſi hoc vnum quod etiam
,, eſt *κακότροπον*: ſed *μέτρον πολύτροπον* non ſunt
,, *μέτρα πολύτροπα*. Quis vero non videt hæc
,, *πολύτροπα μέτρα μολπᾶς*, ex illis Oui Simmiæ
,, ſumpta eſſe *πολύπλοκα μέτρα μολπᾶς*? His bre-
,, uiter examinatis, ſupereſt vt doceamus quam-
,, obrem Simmias huic Epei Securi manubrium
,, non appoſuerit. Sciendum eſt hoc *ποιημάτιον*,
,, inſcriptionem eſſe Securis ab Epeo dedicatæ,
,, quam poeta, vt iam diximus Securis effigie for-
,, matam exhibuit: Quæ autem Dijs dedicaban-
,, tur, & appendebantur, ſiue arma eſſent, ſiue
,, inſtrumenta fabrilia, ſeu res aliæ quæcunque,
,, ea moris erat parte ſui mutilari, ne in vſum ho-
,, minum conuerti poſſent, neue parata, aut ad
,, manum eſſent vti volentibus. Secundum hunc
,, morem Epeus quum Securim dedicaret, ma-
,, nubrium exemit. Hinc Simmias, qui figuram
,, exhibebat Securis ab Epeo dedicatæ, eam ſine
,, manubrio repræſentauit; ſic de clypeis dedi-
,, candis lora, & anſæ, quibus tenentur, tolle-
bantur.

bantur. Ariſtophanes in equitibus.

Οὐ γὰρ σ᾽ ἐχρῆν εἴπερ φιλεῖς τὸν δῆμον ἐκ προνοίας
Ταύτας ἐᾶν αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν ἀνατεθῆναι.

Ideſt:

Neque enim te oportebat, ſiquidem amas populum,
ex conſilio
Ipſa ſcuta cum ipſis loris appendi ſinere.

Scholiaſtes. *ἀντίθεσαν τὰ ἐκ τῶν πολεμίων ὅπλα, ἄνευ τῶν ὀχάνων, ἵνα μὴ ἑτοίμως ἔχωσιν αὐτοῖς χρῆσθαι.* ideſt: *Appendebant autem ab hoſtibus capta arma ſine loris, ne prompte poſſent ijs vti.* Sic veſtes conſecrandas priuſquam eas tholis ſuſpenderent, ſcindebant, & lacerabant, ne cuiquam vſui eſſe poſſent. Heſychius, *καταγίσας, κατασχίσας. οἱ γὰρ ἀνατιθέντες ἱμάτια κατέσχιζον αὐτὰ ἵνα μὴ ἀρθῶσι παρά τινων.* id eſt: *Appendentes enim veſtes ſcindebant eas, ne auferrentur ab aliquibus.* & hæc eſt ratio cur hic *πέλεκυς πελεκκὸν* ſuum non habeat, nimirum cauſa cur hæc *Securis manubrium* ſuum non obtineat. eſt autem *πελεκκὸς manubrium*, vt exponitur a Grammaticis *ςελεὸς ὅ ἐςι ξύλον εἰς τὴν ὀπὴν τῶν πελέκεων ἐμβαλλόμενον.* hoc eſt: *Manubrium quod eſt lignum in foramen Securium immiſſum.* *Ὀπὴ* huius *πελέκεως foramen* huius *Securis* eſt inter illas duas clauſulas.

Οδ' ὄλβος, ideſt: *Hic felicitatem*
ἀεὶ πνεῖ. *Semper redolet.*

„ Nemo vero niſi iniquus, aut imperitus iſt-
„ hoc nomine nos reprehendere poterit, quod de
„ optimo poematio peſſimum verſum, & de bõ-
„ na Securi malum manubrium ſuſtulerimus.
„ Magis mirandum τὸ νόθευμα, ideſt *adulterini-*
„ *tatem*, ac *ſpuritatem*, vt ita loquar, huius periodi
„ viris doctiſſimis non ſuboleuiſſe hactenus Hęc
„ autem opuſcula Simmiæ, ſiue παίγνια ideſt: *lu-*
„ *dicra* vt vocat Hephæſtion, ex libris eius diuer-
„ ſorum poematum deſumpta eſſe ſuſpicor. Scri-
„ bit enim Suidas quatuor libros διαφόρων ποιη-
„ μάτων eum reliquiſſe; eaque citat Hephæſtion,
„ Σιμμίας δὲ ἐπετήδευσεν ἐν τοῖς ποιήμασιν τοὺς
„ πλείστους κρητικοὺς παραλαμβάνειν

Μᾶτερ ὦ πότνια νυμφᾶν ἁβρᾶν
Δῶρι κυμοκτύπων Ἦραν ἁλίων μυχῶν

„ hoc eſt: Simmias autem ſtuduit in poematibus
„ plurimos Creticos aſſumere.

Mater o veneranda nympharum mollium
Dori fluctiſonorum regina marinorum receſſuum.

„ Qui verſus non ſatis emendate leguntur in
„ editione Hephæſtionis. Idem de trimetro A-
„ napæſtico. Τῷ δὲ τριμέτρῳ Σιμμίας ὁ Ῥόδιος ὅλον
„ τὸ ποιμάτιον ἔγραψεν. hoc eſt: Ipſo autem tri-

metro

„ metro Simmias Rhodius integrum poema-
„ tium ſcripſit. Genus enim metri ab ipſo Sim-
„ miacum appellatum eſt antiſpaſticum, nem-
„ pe hypercatalecton. Idem Hephæſtion.

Σιμμίας δὲ καὶ τῷ ὑπερκαταλήκτῳ κέχρηται

Τὸν συγμὸν Μεναλίππου φόνον, αἱ πατροφόνον ἔριθοι.

„ hoc eſt:
„ Simmias autẽ, & ipſo hypercatalecto vſus eſt,
„ Odioſã Menalippi mortẽ, patricidarũ ancillæ.
„ Sic inter varia eius poemata, vel ποιημάτια
„ potius, videntur etiam hæc fuiſſe, Ouum ſcili-
„ cet, Alæ, & Securis. Hęc ad verbum Salmaſius.

Examinatur allata ſententia, probaturque ſpecia-tim verſum manubrij non eſſe de Securi eximendum. Cap. VII.

DOleo, ac vehementer doleo non poſſe me ſubſcribere doctiſſimo viro, & meum intellectum captiuare in obſequium ſummæ illius eruditionis. In primis enim ſtatuens Bipennem a Romanis appellatam fuiſſe Securim, quæ ex vtroque latere ferri aciem in modum alæ, vel pinnæ factam haberet, non autem quod in vtramque partem ſcinderet, vel acuta eſſet, ex eo quod pinnum

pro acuto veteres dicebant; aduerſantem habet apertiſſime non ſolum [a] Quintilianum, his oppoſita prorſus aſſerentem dum ait. *Quare diſcat puer quid in literis proprium, quid commune, quæ cum quibus cognatio: nec miretur cur ex ſcamno fiat ſcabellum, aut a pinna (quod eſt acutum) Securis vtrinque habens aciem Bipennis, ne illorum ſequatur errorem, qui quia a pennis duabus hoc eſſe nomen exiſtimant, pinnas auium dici volunt:* tum etiam [b] Ariſtotelem qui ſtatuit *iuſtum eſſe omnia appellare a fine*; quum itaque finis Securis eidem [c] Auctori ſit inciſio, ac omnino τὸ ſecare; quod eſt acuminis propria functio, non autem τὸ volare, quod eſt alarum operatio propria; profecto conſentiendum eſt Quintiliano dicenti vtrinque acutam Securim appellari bipennem a pinna, quæ ſignificat acutum, errareque illos, qui bipennis nomen deducunt a pennis, ſiue a duabus Alis auium, quas pinnas appellant: non autem conſentiendum inclyto Salmaſio ſtatuenti Securim dici bipennem vt auis bipennis, quod ſcilicet ex vtroque latere ferri habeat aciem in modum alę vel pinnę factam, non autem quod in vtramque partem ſcindere valeat, vel acuta ſit, ex eo quod pinnum pro acuto veteres dicebant. Huicne tam docto

a lib. 1. cap. 4.

b 2. de an. t. 49.

c 2. de an. t. 10.

viro (Quintilianum dico) adimere vult clarus Salmaſius in verborum comitijs ius ſuffragandi? & tanquam ſexagenarium maiorem de ponte deiiciet? longe aliter de illo ſentit [d] Martialis, qui ſic eum alloquitur. d lib. 2. epig. 90.

" Quintiliane vagę moderator ſummę Iuuentę
" Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Sed nec ab inſigni viro recipimus pinnas bipennis Securis exprimere figuram alarum auis; tum quia pinnæ Securis orbicularem figuram habent, Alæ vero rectam, vt aperte conſtat ex imagine poematum horum Simmię, qui Securis ſuæ pinnas in orbem circumducit, & Alulæ ſuę plumas in rectum diducit; imo in Securi lectionem circularem inſtituit, in Alis rectam, optime rei naturam imitatus & artem; quia natura in alis auium extendit abſque vllo curuore pennas in rectum. Ars vero fabrilis bipennem conſtituens, pinnas eius arcuat in gyrum; & ſpeciatim bipennem militarem, quam proinde [e] Virgilius appellat curuam Securim; tum quia pinnę Securis bipennis inuicem copulantur in centro ſui circuli, nexum habentes in medio penitus ſuæ magnitudinis; quum Alæ iungantur in partibus pennarum ſuperioribus, quarum capita longe magis diſtant a termino e 7. Aen.

coniunctionis, quam plumarum extremitates inferiores. Nec obiiciat vir doctus enſem, ſeu gladium ancipitem, qui vtrinque acutus, non ideo dicitur bipennis, neque Securis; etenim quum omnia debeant a forma, & a ſuo fine proprio denominari, vt nuper nouimus ex [f] Ariſtotele; iam enſis & anceps gladius non habet pro fine ſuo ſolum τὸ ſecare, vt Securis, nec pro forma ſolam aciem, vt Securis; quod notauit etiam [g] Ariſtoteles; ſed enſi & gladio finis præcipuus eſt perforare, punctimque cædere; formaque gladij, & enſis maxime conſiſtit in cuſpide: quum itaque gladius, & enſis anceps non tam ſecet ob acies laterales, quam perforat & pungit ob cuſpidem in acie; propterea gladius anceps & enſis, non dicitur Securis, neque bipennis; vt illa quæ ſine cuſpide pungente ac perforante ſolam obtinuit aciem lateralem, quæ veteribus pinna dicebatur. Deinde collaudare nequeo mutationem figuræ, ac lectionis poemati j Simmiæ factam a Salmaſio; quum enim ſinguli verſus habeant figuram arcus, cornua verſus manubrium rectum incuruantes; neſcio qua ratione vir doctus omnia metra Securis direxerit ad lineas rectas; nullam enim ſui facti cauſam attulit;

[f] 2. de an. c. 49.

[g] 2. de an. c. 10.

quum

quum militares Secures, & potiſſimum templis appenſæ fuerint curuæ, vt teſtatur [h] Virgilius recenſens militum donaria templo ſuſpenſa, his metris. h 7. Aen.

„ Multaque præterea ſacris in poſtibus arma,
„ Captiui pendent currus, curuæque Secures,
„ Et criſtæ capitũ, & portarũ ingentia clauſtra.
„ Spiculaque, clypeique, ereptaq; roſtra carinis.

Securim vero Epei, quam hic Simmias tractat, non ſolum illi vſu veniſſe ceu fabro ad conſtructionem equi lignei, ſed etiam vt militi ad euertendos Troiæ muros, & ad hoſtes interimendos; tum clare teſtatur Simmias in hoc Idyllio; tum innuit Pauſanias in Phocicis inquiens *Polygnotum pinxiße Epeum Troiæ muros æquantem ſolo: prominereque inter ruinas caput ſolum equi Duratei.* Conſimiliter quum verſus vnius pinnæ bipennis omnes a Simmia deſcribantur protenſi a ſummo ad imum, Sinarum, & Indarum literarum more; atque alterius viciſſim ab imo ad ſummum, vir doctus indicta cauſa mutauit ſeriem metrorum ſecundæ pinnæ, deſcribens verſus omnes ad vnum legendos ab eadem regione, nempe a ſiniſtris ad dexteram; quum tamen rationi conſentaneum ſit, aliquam ſubeſſe cauſam, quæ Simmiam

auto-

autorem noſtri poemati j dudum impulerit, ad verſus ita inuicem contrario veluti curſu fluentes, ac in gyrum ſe ſe conſequentes deſcribendum; quam cauſam nos opportune † conſiderabimus. Deinceps mutat frequentiſſime vir celſus verba contextus, cauſatus metrorum regulas; quod non ita facile cōcedere poſſumus; tum quia Græci poetæ multa ſibi licere putant contra receptas metrorum regulas; tum quia fortaſſis huiuſmodi poematia longe aliis regulis verſuumque ſpeciebus contexta fuerunt, ac cenſeat vir eruditus. Inſuper vt inclyto viro concedimus ab hoc autore præter Ouum, Alulam, & Securim, alia poematia multa conſcripta fuiſſe, vt ex Suida, & Hephęſtione demonſtrat; quibus adiungi poteſt tum Clemens k Alexandrinus, qui Simmiæ Rhodii meminit, eiuſque verſum citat, quo Mare nuncupat nomine Zaps, dum ait:

καὶ Σιμμίας ὁ Ῥόδιος

Ἄμασι γηνήτωρ καὶ τελχίνων, ἔφη, ἡ ἀλυκὴ

Ζάψ.

hoc eſt: *& Simmias Rhodius*

Ex Amaſi gnatis Cabriſque enatus amarus

Zaps.

tum etiam [l] Athenęus, apud quem legimus non ſolum

† cap. 12.

k 5. lib. ſtrom.

l lib. 11. cap. 12.

ſolum καὶ Σιμμίας δ' ἐν τῇ Γοργοῖ φησιν.

Αἰθέρος ὠκεῖαι πρόπολοι πίλναντο πέλειαι.

hoc eſt: *Simmias in Gorgo ait:*

Appropinquauerunt veloces ætheris famulæ Palumbes.

ſed etiam Τιμαρχίδας δὲ καὶ Σιμμίας οἱ Ῥόδιοι ἀποδιδόασιν ἐν ἀνθ' ἑνὸς, ἴσθμιον στέφανον. ideſt: *Timarchidas, & Simmias Rhodij vno velut ore Iſthmiam coronam dixerunt.* ita verſus alios Simmiæ ab Hephęſtione relatos, a clariſſimo viro valde mutatos non probamus; quum enim dicat apud Hephæſtionem haberi, Σιμμίας δὲ ἐν τοῖς ποιήμασιν τοὺς πλείστους κρητικοὺς παραλαμβάνειν.

Μᾶτερ ὦ πότνια νυμφᾶν ἁβρᾶν

Δῶρι νυμοκτύπων ἠρᾶν ἀλίων μυχῶν.

quorum nullus alius eſſe poteſt ſenſus, quã iſte. *Simmias autem ſtuduit in poematibus plurimos pedes Creticos aſſumere,*

Mater o veneranda nympharum mollium

Dori fluctiſonorum regina marmorum receſſuum;

admoneatque verſus hos non ſatis emendate legi in editione Hephęſtionis. Nos tamen verſus ab Hephęſtione allatos in eius editione legi putamus emendatiſſimos, & in hac ſua emendatione virum plane doctum dupliciter audiendum non eſſe. Nã in Hephęſtione legimus ad verbum,

Μᾶτερ

Μᾶτερ ὦ πότνια κλῦθι νυμφᾶν ἁβρᾶν
Δῶρι κυμοκτύπων Ηρα ἁλίων μυχῶν.

quæ ita ſenſum habent optimum, & emendatiſſimum:

Mater o veneranda audi nymphas molles
Dori fluctiſonorum Iuno marinorum receſſuum.

vir autem doctiſsimus in ſua correctione primo non bene delet e textu Hephæſtionis integrum verbum κλῦθι, ſine quo verſus ille Simmiæ primus non eſt integer conſtans ex quatuor pedibus Creticis triſyllabis, vt vult hoc loco probare vetus Hephæſtion; & qualis eſt verſus ſecundus. Deinde vero non bene mutat in ſecundo verſu particulam Ηρὰ, quæ *Iuno* interpretatur adiectu literulæ ν, & diminutione maiuſculæ notæ Η in minuſculum elementum ἥ, pro Ηρα legens ἥραν pro Iunone ſubſtituens reginam; quia Doſiadas pulchre hoc verſu Dorida nuncupat Iunonem Maris, ſeu Marinorum receſſuum fluctiſonorum; vt enim obſeruatione [m] Gyraldi a Statio [n] Neptunus vocatus eſt ſecundus Iupiter.

m Syntag. 5. n

.... dextramque ſecundi
Quod ſupereſt complexa Iouis.

vtque Pluto nuncupatus eſt Iupiter tertius, & Terrenus Iupiter ab Orpheo in hymno Eume-

nidum,

nidum, appellans eas magni Iouis Terreni filias, & Proſerpinæ his metris:

Κλῦτέ μευ Εὐμενίδες μεγαλώνυμοι εὔφρονι βουλῇ,
Ἁγναὶ θυγατέρες μεγάλοιο Διὸς χθονίοιο
Περσεφόνης τ' ἐρατῆς κούρης καλλιπλοκάμοιο.

ideſt:

Audite me Eumenides celebres prudenti conſilio
Caſtæ filiæ magni Iouis terreni,
Proſerpinæque amabilis puellæ pulchras comas habentis.

vtque idem Pluto ob Ouidio nuncupatus eſt Iupiter Stygius, & a Silio Iupiter niger

[o] *Sæpe tibi eſt Stygij regia viſa Iouis* — o Ouid.

[p] *Sacra Ioui Stygio quæ rite incæpta paraui,*
Perficere eſt animus. — p Virg. 4. Aen.

[q] *Nigro forte Ioui, cui tertia regna laborant.* — q Sil. lib. 18.

quinimo vt poetę frequentiſſime Proſerpinam appellant nomine Iunonis. nam & [r] Papinius eam vocat Iunonem Stygiam dum infit — r in Sylu.

. . . . *Stygiaque ſeueros*
Iunonis thalamos . . . . . .

& Silius [s] Iunonem Auernam nuncupat eandem inquiens: — s in bell. Punic.

. . . . *Comites Iunonis Auernæ.*

& [t] Claudianus ipſam cognominat Iunonem profundam, concinens — t de rapt. Proſer.

. . . . caliganteſque profundæ

Iunonis thalamos . . . .

u 6. Aen. &[u] Virgilius appellat Iunonem infernam, apud quem

. . . . latet arbore opaca

Aureus & folijs, & lento vimine ramus

Iunoni infernæ dictus ſacer . . . .

x in Theb. & demum[x] Statius ipſam Proſerpinam dicit Iunonem inferam, cui

Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno:

vt ergo poetæ paſſim appellant Neptunum Iouem Marinum, Plutonem Iouem terrenum, & Proſerpinam Iunonem Stygiam, Auernam, &

y Eclog. 10. inferam; vtque[y] Virgilius nomine Doridis aquam maris abſolute ſignificat dum ait:

Sic tibi dum fluctus ſubterlabere Sicanos

Doris amara ſuam non intermiſceat vndam;

ita pulchre Simmiæ Rhodio apud Hephæſtionem Doris eadem dea maris nuncupatur Ηρα *Iuno* marinorum receſſuum, adeoq; vocem Ηρα mutare non erat neceſſe in vocem ἠρὰν, vt fecit vir eruditus. Ac ſane pulchre Simmias Doria nobis deſcripſit Iunonem fluctiſonorum

z dial. Dorid. & Thetid. marinorum receſſuum, ad Thetidis differentiam eius ſororis, vt ait[z] Lucianus, quæ Iuno

a in Theogon. dicitur Maris abſolute; quia Thetis[a] Heſiodo,

&

& Iſaacio relatu [b] Mythologi Comitis eſt vxor Oceani latepatentis, ac receſſus fluctiſonos non habentis, ſed fluctifluos; quum Doris vxor Nerei, qui mari mediterraneo [c] præfectus eſt a Gentilibus, habenti multos receſſus vtrinque ad littora, vbi fluctus allidentes perſonare ſentiuntur, aptiſſime non maris Iuno, ſed Iuno marinorum receſſuum fluctiſonorum a Simmia noſtro nuncupetur. Demum reliqua omnia in hoc poematio ab inclyto viro propoſita ſuſcipientes non ſolum, ſed & ſuſcipientes, illud vnum amplecti non poſſumus, quod de manubrio eruendo cogitauit; tum quia ſine manubrio, vt ab eximio viro formatur, hoc poematium non habet imaginem Securis, quum a figura præſertim nomen ei primus autor indiderit; vt etiam ab exteriori forma Ouum, & Alulam, & Syringam Theocritus nuncupauit Idyllia conſimilia; ſecus enim vt antiquiſſimi pictores ob imperitiam rudes adeo figuras efformabant, vt eis nomina imponere deſcripta neceſſe haberent, ſi cognoſci deberent [d] Aeliani, Plinijque [e] teſtimonio. *Quum Ars* inquit *pingendi iam ortum duceret, & quodammodo in lacte faſcijſque verſaretur, adeo rudi, & impolito ſtylo depinxerunt animantia, vt adſcribere ad ea pictores*

b lib. 8. cap. 1. Virg. Ecl. 10.

c Boccat. Geneal. lib. 7. cap. 8. 13.

d 10. Varia hiſt. cap. 10.

e lib. 35. cap. 3.

neceſſe eſſet, hoc eſt bos, illud equus, hoc arbor, ſua vero lingua ſic Aelianus. Ὅτε ὑπήρχετο ἡ γραφικὴ τέχνη, καὶ ἦν τρόπον τινὰ ἐν γάλαξι, καὶ ἐνσπαργάνοις, οὕτως ἄρα ἀτέχνως εἴκαζον τὰ ζῶα, ὥστε ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς γραφέας, τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος, τοῦτο δένδρον. Eodem plane modo ſuam Securim hanc Simmias efformaſſet ſolo adſcripto Securis nomine nobilem, effigie prorſus ignobilem: tum quia nefas eſſe putamus ex vetuſtiorum ſcriptis, quæ dilucidanda ſuſcipimus aliquid adimere; præſertim verſum integrum, ac ſatis longum; ſi namque manubrium illud in omnibus legitur exemplaribus; cur ipſum adſcititium eſſe putemus, non genuinum? tum quia ſine manubrio Securis non eſt, niſi æquiuoce, vt oculus qui videre non poteſt[f] Ariſtoteleo decreto; quum ſine manubrio Securis officio fungi nequeat vllo modo: tum ſpeciatim quoniam obiectiones viri præclari ea ſolutione tolluntur, qua noſtrum hoc & commune manubrij placitum mirifice confirmatur. *Sciolus aliquis*, ait vir catus, *qui videret huic Securi manubrium deeſſe hoc pati non potuit, & iſtud de ſuo addidit*. quæſo, quomodo id probat vir egregius? an aliquod exemplar vetuſtum habuit Securis abſque verſu manubrij? id certe nullum attulit.

f 2. de ani. t. 9.

Quare

Quare in re controuerſa, nudæ ipſius aſſertioni ſubſcribendum non eſt, reclamantibus omnibus antiquis codicibus. *Impudentiſſimum vero,* ſubdit, *oportet fuiſſe, qui ſic poſteritati voluerit imponere:* ſed non probatur, at ſolum ſupponitur ſpuria manubrij applicatio; quod autem controuerſum eſt, id probandum eſt, non ſupponendum eſt. *Et imperitiſſimum* addit, *qui quum manubrium huic ſecuri putaret inſerendum, tam male illud dedolauerit.* Nos apte dedolatum fuiſſe manubrium Simmianæ Securis fortaſſe mox oſtendemus. *Deinde ita male & inconuenienter aptatum eſt, vt ſi ſententiam eius ſpectes, nuſquam cohæreat, nec cum vlla Securis parte quadrare poſſit.* Vt in Aræ ſuæ baſi Doſiadas proprium nomen appoſuit, & Muſarum, quibus eam dedicauit; quæ inſcriptio quid ab Ara penitus abſolutum eſt; ita manubrij verſus non neceſſariam habet cohærentiam cum Securi, cuius poemati j ſenſus integer eſſe poteſt, vt integer erat ſenſus Aræ ſine ſubſcriptione in baſi; bene tamen & conuenienter aptatum eſt hoc ſecuri manubrium; tum vt primo aſpectui poematium cunctis inſpicientibus repreſentaret imaginem Securis; tum vt in ſuo poematio locum haberet autor, in quo ſuum nomen vtcunque

de-

deſcriberet. *Plenus enim & abſolutus vndique huius poematij ſenſus ab extremis vtrinque partibus vſque ad medium, qui locus erat proprius manubrij.* Cæterum id non arguit poematium Securis ab autore factum fuiſſe ſine vulgato manubrio; ſed oſtendit artificium huius Idyllij mirifice correſpondens prototypo ſuo, materiali nempe Securi, quæ ferrea cum ſit, manubrium ligneum habet, longe diuerſæ materiæ; ſic in manubrio poematij ſcitiſsime diuerſum videtur poeta tractare argumentum a materia ſymbolicæ Securis; ad eam tamen vtcunque pertinens; quia locum fabricæ Rhodum, & artificem Binonem, ſi non vero nomine ſaltem officio a multiplici ſtructura poematum varias rerum materialium figuras referentium; g cap.ſeq. vt [g] infra patebit. *ſed ibi qua ratione poßit hærere non video, nam quo referes illud* τὸν Βίων κλυτοῖς ἤσε θεοῖς? *ad* πέλεκυν *ſcilicet: atqui nulla ibi* πελέκεως *mentio.* Nos primo referimus illud, *Quam Binon inclytis cecinit Dijs*, ad felicitatem, de qua nuperrime tractauerat dicens: τὸν ὄλβον: nam poeta Deæ Mineruæ dedicans Idyllium Securis, cum ſummis eius Deæ laudibus ipſius felicem beatamque vitam his verſibus celebrat. Quid ſi deinde referamus ad πέλεκυν? ad Securim

tim dico, ad hoc poematium? at inquit vir eximius: *nulla ibi ſecuriculæ mentio*: quid ita? nonne totum poematium Securis eſt præſens? nonne Securis dicta nuper fuit Epei nominatim expreſſa in poematio? *Præterea quum omnes huius poematij verſus ἀντιθέτικοι ſint, ἀντίστροφοι; cur hic ſolus ἀντιθετικὸν ſuum non habet?* Dicimus id conſultiſſime factum a Simmia, quia cæteri verſus duas pinnas, alaſque Securis efformant; quæ mutuo ſibi correſpondentes, verſibus contrapoſitis eiuſdem menſuræ conſtrui debent; ſed in Securi manubrium vnicum & ſingulare vnico & ſingulari verſu conflari neceſſario debuit. *Commode ſane duos verſus capere poterat manubrium, nec ea re iuſtum craſsitudinis modum excederet, quum Theocritus ſingulis quibuſque Fiſtulæ ſuæ cannis binos verſus impenderit.* Non fauet id viro præclaro; quia manubrium Securis non apte comparatur Fiſtulæ cannis, quarum ſingulæ duplici vel triplici verſu compactæ leguntur apud Theocritum, & Optatianum, quia manubrium ſolidum eſt ad robur, at canna quælibet ad ſonum caua eſſe debet; eiuſque cauitas interſtitio duorum verſuum, vel tertio medio inter duos locato recte repræſentatur; vt manubrio ſoliditas, illi ad robur neceſſaria,

vnico

vnico pleno verſu ſignificatur aptiſſime. *Sed age paulo penſitatius iſthunc inſititium commentitiumque verſum examinemus.* Nullum affert vir oculatus codicem antiquum, in quo verſus iſte manubrij non legatur; quare gratis ipſum inſititium nuncupat, & ſine probatione commenticium appellat. Τὸν Βίων κλυτοῖς ἦσε θεοῖς. *Quam Securim Bion inclytis cecinit Dijs. De Bione falſum, nam certum eſt huius poematis auctorem eſſe Simmiam: mentitur impudenter quiſquis eſt, & Bionis nomen ad fucum faciendum nobis obtendit.* Si cum Hephæſtione dicamus huius poematis autorem fuiſſe Simmiam, dum hic nomen Bionis aut Binonis ſibi adaptat, non ad mentiendum, nec impudentia vlla, nec ad fucum nobis faciendum id præſtitit; ſed ex præceptis artis poeticæ, vt Theocritus, qui Paridem ſe nuncupauit in Idyllio Fiſtulæ ſine dolo & impune, ſed ex arte; qua de re latius infra ſuo loco. Cæterum apud viros eruditos (vt hoc non omittamus) Hephęſtionis autoritas tanta non eſt, vt contra textus literam Bioni, ſeu Binoni hoc poematium adſcribentem nos excitare debeat. *At enimuero quid eſt* ἄδειν πέλεκυν θεοῖς, *canere Securim Dijs? aut qui nam ſunt illi* κλυτοὶ θεοὶ? *Dedicauit olim Epeus Mineruæ Securim, qua*

Durium

Durium equum fabricauerat, hanc dedicationem inſcriptionemque, qualem ab Epeo fuiſſe poſitam erat veriſimile, verſibus incluſit hic Simmias, & ſub Securis figura repræſentandam curauit: Hoccine eſt canere Securim? pudet pigetque ineptiarum. Diximus non Securim, ſed beatitatem Diis inclytis poetam canere hoc poematio in laudem deæ Mineruæ condito. Dicimus etiam nunc Securim ab auctore poeta cani Diis inclytis, hoc eſt præſtantibus ingeniis, vt ille qui dudum dicebat ſe [h] canere ſibi & Muſis. Muſarum nomine, quæ diuæ colebantur, antiquitus doctos homines intelligens, quo ſenſu quoque [i] Virgilius virum acie mentis penetrantem in abditæ rei cognitionem appellat Apollinem, inquiens:

Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Tres pateat cæli ſpacium non amplius vlnas?

Quare Diis inclytis canere Securim, eſt viris ingenio pollentibus ac poetis, quos in Ione Plato diuinos vocat, & deorum filios, proponere poematium Securis inſpiciendum ac intelligendum; ſi enim apud Marcum [l] Tullium Egeſias alterum pene Demoſthenem ſaltare dicitur eleganter, adeoq; non inepte; Si [m] Ouidio carmina ſaltantur in theatro; ſi poemata ſaltantur populo; ſi laudes etiam virorum ſal-

h Vide Cicer. in Bruto & in Ara Doſiad. cap. 8. in f.
i Eclog. 3.
l de Orat.
m 1. triſt. eleg. 8.

n In Panegyric. tantur; Si[n] Plinii teſtimonio laudes Imperatorum ſaltantur apte; ſi[o] Cœlio ſaltauit olim
o lib. 5. cap.3. celebris ſaltator Veneris adulterium & Martis, Vulcanumq; a Sole commonitum vtriq; ſtruentem inſidias, illos claudi artificis fabri technis irretitos, aſſiſtentes ſpectaculo deos, ſuffuſam rubore Venerem timidius ſupplicantem belli deum, ac quæcunq; fabella continet; cur poeta noſter ſuam Securim apte canere non potuit? Sequitur Ῥοδῶ γεγαώς, *Rhodium Bionem equidem nullum noui*. ſed in primis an propterea nullus fuit Bion Rhodius, quia clariſsimus Salmaſius Bionem Rhodium nullum nouerit? certe Rhodium Bionem colligere nos poſſumus ex Laertio, & Strabone; ſiquidem[p] Laertius teſtatur Bionem Boryſthenitem Rhodi Athenienſibus ad oratoriam ſe exercentibus Philoſophiam explicauiſſe; primumque omnium Philoſophiam vario orationis flore veſtiuiſſe; faciendiſque verſibus ingenium præcipue accommodatum habuiſſe. [q] Strabo vero confitetur quotquot Rhodi docuerunt Rhodios appellatos fuiſſe, licet alienigenæ forent; ita Poſidonius Apamienſis ex Syria, Rhodius dictus eſt, quod Rhodi vixit, & ſophiſticam exercuit: ſic Apollonius, Malacus, & Molon

p lib 4.

q lib.14.

origi-

origine Alabandenſis, incolatu & magiſterio Rhodii vocati ſunt: item Piſander poeta Rhodius, & Simmias Grammaticus; Ariſtocles; item Dionyſius Thrax, & Apollonius, qui Argonautas compoſuit, Alexandrini quidem fuere, Rhodii tamen vocati ſunt. Quare hinc Rhodium Bionem nouiſſe poterat inclytus Salmaſius. Sed Ῥοδοῖ γεγαὼς, non indicat Bionem fuiſſe Rhodium origine, aſt incolatu ſolum; vertitur enim proprie *Rhodi quum eſſet*. Rhodi namque fuiſſe poteſt etiam non Rhodius, vt ego non Bononienſis, at Genuenſis, Bononiæ ſum, dum hanc Encyclopædiam excudo. Cæterum Simmias Rhodius, ſi Securis huius autor eſſe dicatur, dici potuit Bion, vel Binon, vt in Fiſtula ſua Theocritus mutato, ſeu mutuato quodam nomine Paridem ſe nuncupat. *Quod enim de Smyrnæo Bione hic accipiunt, eumque Rhodi fuiſſe volunt, verbo refutari non merentur*. Ego licet non ſim genere Bononienſis, ſed Genuenſis; quia tamen hęc pango Bononię degens, vbi Philoſophiā ſupraordinariā doceo, nō inepte dixero, me, Bononię quū eſſem hanc Securim poeticam explicare; imo vero me Philoſophum Bononienſem hoc ipsū agere. Quare hoc opus Bionis ſeu Binonis, etſi non Rho-

dii, Rhodum tamen incolentis eſſe potuit. Sin autem non placet viro diſerto Bion Smyrnęus, accipiat ex Diogene [r] Laertio Bionem Boryſthenitem Rhodi habitaſſe, ac Philoſophiam docuiſſe, faciendiſque verſibus ingenium accommodatum habuiſſe, ſapientiamque vario orationis flore veſtiuiſſe. *Sequitur* ὅς εὗρε πολύτροπα μέτρα μολπᾶς. *Apage hunc inuentorem.* [s] Ariſtoteles rerum inuentoribus ait agendas eſſe gratias, etiamſi non abſoluerint ac eas perfecerint; eoſque collaudandos, non abigendos eſſe; *verum*, inquit, *non ſolum illis agendæ ſunt gratiæ, quorum opinionibus quis acquieſcet; ſed illis qui ſuperficie tenus dixerunt; conferunt enim aliquid etiam iſti; habitum namque noſtrum exercuerunt; ſi enim Timotheus non fuiſſet, multum melodiæ nequaquam habuiſſemus; ſi tamen Phrynis non extitiſſet, ne Timotheus quidem: ſimili modo & de illis eſt, qui de veritate aſſeruerunt; a quibuſdam enim aliquas accepimus opiniones; quidam vero vt hi fierent cauſa fuerunt.* Et [t] alibi, Reliquum eſſe ait omiſſa quidem artis venia dignari; inuenta autem multa proſequi gratia. *Sed vbinam ſunt illa* πολύτροπα μέτρα, *quæ inueniſſe gloriatur?* Si dicatur huius poematis autor eſſe Simmias, qui & Ouum, & Alulam, & alia id generis poematia con-

[r] lib. 6. de Vita Bion.

[s] 2. meta. t. 2.

[t] 2 Elech. cap. vlt. in f.

condidit, næ πολύτροπα, hoc eſt, *multiformia* metra fuerint, quorum inuentorem ſe dicit autor noſtræ Securis; nam Oui, Alulæ, ac Securis metra ſunt multiformia. Sin autem autor Securis fuerint Binon, vel Bion alius a Simmia; cur non potuit ille conſtruxiſſe metrorum alia genera in aliis poematiis, quę ad manus noſtras minime peruenerint? anne probare poterit vir eruditus huius poematis autorem nullum aliud genus verſuum ſcriptitaſſe? *Nam & in toto hoc carmine nulla ſunt* πολύτροπα μέτρα, *ſed omnia Choriambica pura, idque genus vnum eſſe ex illis decem principalibus & prototypis metrorum generibus, nemo ignorat. nullum igitur in hoc poematio metrum* πολύτροπον *niſi hoc vnum, quod etiam eſt* κακότροπον, *ſed* μέτρον πολύτροπον *non ſunt* μέτρα πολύτροπα. Nos & in hoc vno Securis poematio videmus metra polytropa ſeu multiformia tum ratione ſtructuræ, nam hoc manubrium, & alia metra pinnarum diuerſi generis, metra ſunt; tum ratione figuræ, quia manubrium rectum, & alia omnia curua metra polytropa ſunt; tum ratione flexuræ; quoniam prioris pinnæ metra omnia cum manubrio a ſummo ad imum, ſiue a ſiniſtris ad dexteram protenduntur; e contra verſus poſterioris Alæ ab imo ad

ſum-

ſummum, ſiue a dextris ad ſiniſtram ducuntur; tum demum ratione menſuræ; ſiquidem gradatim minores arcus a maximo vtrinque accedentes ad longiſſimum manubrium rectum, verſus πολύτροποι ſunt. Deinde nonne vir ipſe clariſſimus in ſuis Notis ad Alas inquit, numero & genere verſuum, ſitu etiam figuraque nihil plane differre ab Alis Securim? qui ergo in Alis agnouerat primum & poſtremum verſum eſſe hexametra, ſecundum & penultimum pentametra, & ita deinceps decreſcendo vſque ad media, quæ minima ſunt, & monometra iambica: quomodo nunc non patitur audire metra Securis eſſe polytropa? Sique in Alis vltima & minima metra non eſſe Choriambica, vt ſuperiora & maiora, dixit vir egregius; cur in Securi ponens eandem omnino verſuum varietatem, non agnoſcit metra polytropa, ſed ſola Choriambica? *Quis vero non videt hæc* πολύτροπα πέτρα μολπᾶς *ex illis Oui Simmiæ ſumpta eſſe* πολύπλοκα μέτρα μολπᾶς? ſed vir egregie, cur viciſſim non fieri poſſit vt illa Oui Simmiæ ſumpta fuerint ex his huius Securis? Deinde quodnam vitium eſt eundem Simmiam vtrobique, vel duos poetas in variis poematiis eandem ſententiam iiſdem fere verbis

po-

poſuiſſe? nonne Virgilius integra carmina ex Homero deſumpſit impune? hoc certe notauit[u] Macrobius in Saturnalibus: nonne idem Homerus idem metrum diuerſis in operibus repetit? nonne hoc idem ſine vitio facit Virgilius? id ſane cuique compertiſſimum eſt poetas a limine ſalutanti. *His breuiter examinatis ſupereſt vt doceamus quamobrem Simmias huic Securi Epei manubrium nõ appoſuerit*. Id gratis accipitur ſine probatione neceſſaria a viro præcelſo; ponitur enim tanquam ratum, quod ſatis non eſt comprobatum. *Sciendum eſt hoc πομμάτιον, inſcriptionem eſſe Securis ab Epeo dedicatæ; quam poeta vt iam diximus Securis effigie formatam exhibuit*. Hæc omnia nos vltro concedimus. *Quæ autem Dijs dedicabantur, & appendebantur, ſiue arma eſſent, ſiue inſtrumenta fabrilia, ſeu res aliæ quæcunque, ea moris erat parte ſua mutilari, ne in vſum hominum conuerti poſſent; neue parata, aut ad manum eſſent vti volentibus*. Hæc vice verſa ratione ac experimento, veterumque autoritate conuelli poſſunt; nam quæ Diis dedicabantur, ea integra & perfecta conſecrari debuiſſe par eſt: nec metuendum erat, ne in vſum hominum conuerti poſſent; tum quia loci religio procul arcebat homines a ſacrilegio; tum

quia

[u] lib. 5. Saturn.

quia templi cuſtodes non permittebant eripi donaria; tum quia ſecus Diis nihil aurei aut argentei ſuſpendi debuiſſet; quum hæc vel mutilata concedere poſſint in vſum hominum; tum quia vetuſti poetæ, ac hiſtorici varia donaria verſibus concelebrantes, & ad æternam memoriam ſuis ſcriptis inſerentes, ne verbum quidem de illorum mutilatione; ſed ex aduerſo prædicant eorundem pulchritudinem, eaque dicunt miſſa ſuſpenſaque fuiſſe ad ornatum templi; an laceris & mutilatis rebus templa & numinum ſimulachra exornentur? nihil minus. Pauſanias in Eliacis ait: Εν δὲ Ολυμπίᾳ παραπέτασμα ἐρεῦν κεκοσμημένον ὑφάσμασιν Ασσυρίοις καὶ βαφῇ πορφύρας τῆς Φοινίκων ἀνέθηκεν Αντίοχος. ὃ δὴ καὶ ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τοῦ Αθήνησι ἡ αἰγίς ἡ χρυσῆ, καὶ ἐπ᾽ αὐτῆς ἡ Γοργὼ ἡ ἐς τὰ ἀναθήματα. τοῦτο οὐκ ἐς τὸ ἄνω τὸ παραπέτασμα πρὸς τὸν ὄροφον ὥσπερ γε Αρτέμιδος τῆς Εφεσίας, ἀνέλκουσι. καλωδίοις δὲ ἐπιχαλῶντες, καθιᾶσιν ἐς τὸ ἔδαφος. id eſt: *Et in Olympij quidem templo laneũ velum cum textili Aſſyriorum opere, tum Phoenicum purpura luculentum dedicauit rex Antiochus. Eiuſdem donum fuit Aegis aurea addita Gorgone, quæ Athenis in theatri faſtigio inter cætera dona locata eſt. Velum, non quo more fit in Dianæ Epheſiæ templo, ſuper lacunar ſurſum*

ſurſum attollitur, ſed ad pauimentum vſque laxatis funibus demittitur. Non ergo metuebant ſacrilegas hominum manus, quæ luculentum velum raperent, dum ipſum ad pauimentum vſque laxatis funibus demittebant; nec ſciſſum dicitur, aut eſſe potuit velum illud, quod luculentum regis donum celebratur. [x] Maximus etiam Tyrius nobilis ille Platonicus agens de ſignis Deo dicandis ait: *Sic nautæ in extanti aliquo ſcopulo quod minime tunderetur ab vndis: temones marinis dijs dicauerunt, ſic de Paſtoribus aliqui Pana venerantur, in eius honorem vel abietem excelſam, vel antrum profundum eligentes. Agricolæ præterea colunt Liberum patrem, viridem ac natiuum aliquem truncum in pomario conſerentes, ruſticum nimirum ſignum. Dianæ ſacratæ ſunt ſcaturigines fontium, deuexæque in montibus valles, & venationibus expoſita prata. ſed & Ioui mortalium primi vertices montium ſacrarunt Olympum atque Idam, vel alium quempiam qui præ cæteris cœlo proximus eſſe videretur.* Quum tamen temones illi non dicantur fuiſſe confracti, & ad vſum inepti, & abies excelſa, viridiſque truncus in pomario conſitus, antrum, ſcaturigines fontium, deuexæque valles, venationibus expoſita prata, & montium cacumina quantumuis

[x] Serm. 38.

Diis dicata, concedant in vſum hominum citra dedicantiũm iniuriam, aut querelam. Sed & Euripides Creuſæ filium inducit, qui Phœbi templis dedicat donarium arcam integram, in qua ornamenta erant integra, nimirum induſia, & monilia aurea in imaginem draconum efformata pariter integra, quod pluribus verſibus affert Euripides; quos huc afferre noluimus, ne prolixiori teſtimonio faſtidium potius, quam rei comprobationem afferremus. Theocriti quoque legitur hoc inter epigrammata.

Δάφνις ὁ λευκόχρως ὁ καλᾷ σύριγγι μελίσδων
  Βυκολικὺς ὕμνυς, ἄνθετο Πανὶ τάδε.
Τὺς τρισσὺς δόνακας, τὸ λαγωβόλον, ὀξὺν ἄκοντα,
  Νεβρίδα, τὴν πήραν ᾇ ποκὶ ἐμαλοφόροι.

hoc eſt:

,, Daphnis ille candidus, ille qui pulchra fiſtula
  modulabatur
,, Bucolicos hymnos, hæc dedicauit Pani.
,, Tres tibias, paſtorale baculum, acutũ iaculum,
,,   Pellem ceruinam, & peram quæ olim poma
  ferebat.

Quæ non fracta, ſed integra, & ad vſum apta fuiſſe conſtat. Leonidas etiam Tarentinus meminit poculi non fracti, ſed vino pleni Diis agreſtibus donati ab Heroe Neopto-

ptolemo, in hanc ſententiam [y] concinens. [y Florileg. lib. 1. c. 3. ep. 5.]

Α῎υλια, καὶ νυμφέων ἱερὸς πάγος, αἵθ᾽ ὑπὸ πέτρῃ
Πίδακες, ἥθ᾽ ὕδασιν γειτονέυσα πίτυς,
Καὶ σὺ τετράγλωχιν μηλοσσόε Μαιάδος Ἑρμᾶ,
Ὅς τε σὺ αἰγιβότην Πὰν κατέχεις σκόπελον,
Ἵλαοι τὰ ψαισὰ, τὸ, τε σκύφος ἔμπλεον ὄινης
Δέξασθ᾽, Αἰακίδεω δῶρα Νεοπτολέμου.

hoc eſt:

„ Domicilia ruri, & nympharum ſacer collis, &
ſub ſaxo
„ Fontes, & aquis vicina pinus,
„ Et tu quadrate ouium cuſtos Maiæ fili Mercuri
„ Quique caprarũ paſtor Pan tenes ſcopulum
„ Beneuoli hæc liba, & hunc ſcyphũ plenũ vino
„ Accipite, Aeacidæ dona Neoptolemi.

etiamſi nomine ſcyphi pleni vino, vinum ipſum in ſcypho poſſit intelligi. Sed tamen Mnaſalcus etiam Veneri Fiſtulam integram ſuſpendit, & donat [z] inquiens: [z ibid. epig. 3.]

Ἀσύριγξ, τί τοι ὧδε παρ᾽ Ἀφρογένειαν ὄρουσας;
Τίπτ᾽ ἀπὸ ποιμενίου χείλεος ὧδε πάρει;
Οὔτοι πρῶνες ἔθ᾽ ὧδ᾽ οὐδ᾽ ἄγκεα πάντα δ᾽ ἔρωτες,
Καὶ πόθος. ἁδ᾽ ἄγρια μοῦσ᾽ ἐν ὄρει νέμεται.

hoc eſt:

„ Fiſtula qui huc ad Veneris fanum proſiluiſti?
„ Quid a paſtoris labris hic preſto es?

,, Non hic colles amplius, neque valles, at cun-
ɛta amores,
,, Et deſiderium: Hæc vero ruſtica Muſa in
monte paſcetur.

Sed nonne Pani Fiſtulam integram Theocritus, nonne Ouum integrum Simmias ipſemet Dianæ dicauit? Cur idem Simmias Epeum ſuſpendere facit Mineruæ Securim ſine manubrio?

a Idyl. 10. Quin & ex Theocriti [a] Mefforibus apparet olim veteres Diis dedicare conſueuiſſe res integras, & vſui aptas perfectaſque; ait enim ſua lingua,

Αἴθέ μοι ἦσαν ὅσα Κροῖσον πόκα φαντὶ πεπάσθαι,
Χρύσεοι ἀμφότεροί κ' ἀνεκείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ,
Τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα, καὶ ἢ ῥόδον, ἢ τύγε μᾶλον,
Σχῆμα δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέραισιν ἀμύκλας!

hoc eſt:

,, Vtinam mihi eſſent quot opes aiũt olim Crœ-
ſum poſſediſſe,
,, Aurei certe ambo ſtaremus dicati Veneri:
,, Tu tibias tenens, & vel roſam, vel tu malum;
,, Ego autem ſaltantis habitu & nouis in vtro-
que pede calceamentis:

An tibias confractas, & habitum ſaltantis lacerum, & calceamenta ſciſſa ille conſecrare cupie-

cupiebat, ne in vſum hominibus cedere poſſent; ille qui Croeſi diuitias optabat, vt aureas ſui & Amicæ ſtatuas dicare valeret? nihil minus. Hoc ipſum dixero de donariis in templo Samiæ Iunonis antiquiſſimo ſuſpenſis, de quibus [b] Apuleius ita ſcribit: *Enimuero fanum Iunonis antiquitus famigeratum: id fanum ſecundum littora ſi recte recordor, viam viginti haud amplius ſtadia oppido abeſt. Ibi Donarium Deæ per quam opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, ſpeculis, poculis, & huiuſcemodi vtenſilibus: magna etiam vis æris, vario effigiatu, veterrima & ſpectabili opere.* Dicetne vir eximius pocula, & ſpecula illa confracta fuiſſe dedicata, ne in vſum hominum concedere poſſent? haud puto, quum præſertim Apuleius ea nuncupet vtenſilia. [c] Polybius etiam Donaria templis integra ſuſpenſa nobis innuit, dum ait Aetolos Dij ac Dodonæ quicquid erat Donariorum corrupiſſe, quorum nonnulla magna arte, ſtudio magno, & impenſa ingenti fuerant elaborata. [d] Strabo pariter aſſerit *Cymbros Auguſto Cæſari lebetem plurima ſibi ſanctitate conſecratum dono miſiſſe, eius amicitiam poſtulantes, vt iniurias, quæ prius ſuberant, obliuione delerent; compoteſque votorum factos;* nam ſua lingua infit: καὶ ἔπεμψαν τῷ

b Florid.

c lib. 5. cap. 9.

d lib. 1.

σεβαςῷ δῶρον τὸν ἱερώτατον παρ' αὐτοῖς λέβητα, αἰτούμενοι φιλίαν, καὶ ἀμνηςίαν τῶν ὑπηργμένων τυχόντες δέ, ἀνήξιον ἀπῆραν. eratne forſan lebes ille fractus, & ad vſum ineptus? nihil eſt hoc minus veriſimile. Cœlio quoque in [e] Antiquis lectionibus, *Tripodes anathematici ſunt ornatus gratia templis dicati, prorſus ignibus immaculati, intactique, proinde ab Homero etiam apyri nuncupati*; ſed ſi fracti fuiſſent, nec intacti dicerentur, nec templum ornare potuiſſent. Peplum itidem eſt palla feminea, Mineruæ, ac Iunoni deæ dicata, conſecrataque, de qua tum [f] Virgil. concinit;

e lib. 8. cap. 15.

f 1. Aeneid.

,, Interea templum non æquæ Palladis ibant

,, Crinibus Iliades paſſis, Peplumque ferebant

,, Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis.

tum Seruius ad hunc locum Virgilii inquit: *Peplum eſt palla picta feminea Mineruæ conſecrata*; tum Comes [g] Mythologus inſit: *Adrianus Imperator in eo Iunonis templo, quod fuit in planiore Eubœæ parte, inter cætera memoratu digna, quæ viſebantur, Pauonem ex auro, & lucidis precioſiſsimiſque lapillis dicauit, cum aurea corona, & purpurea palla, vbi erant cælatæ Herculis, & Hebes nuptiæ argenteæ, vt ait Alcetas [h] libro Depoſitorum in Delphis, & Pauſanias in Corinthiacis*: tum Pauſanias

g lib. 2. cap. 4.

h 2.

nias idem in Eliacis ait: Iunoni quinto quoque anno peplum matronas ſexdecim pertexere; eaſdemque ludos facere Iunonia: anne cõtextum ab ſe Iunoni Palladiue peplum, quia Diuis conſecrandum erat, ſcindebatur & lacerabatur ne cuiquam vſui eſſe poſſet? non certe probabile ſit, aut veriſsimile priſcos induere voluiſſe Deas ſuas centunculis: anne corona illa aurea, & aureus Pauo precioſis lapillis fulgidus, ab Adriano Iunoni conſecratus, fractus & mutilus fuit? ſed & ita fractus in vſum hominum facile concedere potuiſſet. [i] Athenæus conteſtatur in Delphico Apollinis templo monile aureum Eriphyles dedicatum fuiſſe; ac Helenæ torquem a Menelao pariter dicatum fuiſſe; quæ donaria e templo erepta duabus mulieribus data fuerunt; quæ male periiſſe dicuntur: Athenæi verba ſunt ea; Ἔφορος δὲ ἢ Δημόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν τῇ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ λέγων φησίν. Ὀνόμαρχος δὲ καὶ Φαΰλλος, καὶ Φάλαικος, οὐ μόνον ἅπαντα τὰ τοῦ θεοῦ ἐξεκόμισαν, ἀλλὰ τὸ τελευταῖον αἱ γυναῖκες αὐτῶν τόν τε τῆς Ἐριφύλης κόσμον ἔλαβον. ὃν Ἀλκμαίων εἰς Δελφοὺς ἀνέθηκε, κελεύσαντος τοῦ θεοῦ; καὶ τὸν τῆς Ἑλένης ὅρμον Μενελάου ἀναθέντος. ἑκατέρῳ γὰρ ὁ θεὸς ἔχρησεν, Ἀλκμαίωνι μὲν πυνθανομένῳ πῶς ἂν τῆς μανίας ἀπαλλαγείη.

i lib. 6. cap. 4.

Τιμῆν

Τιμῆεν μ' αἰτεῖς δῶρον, μανίαν ἀποπαῦσαι
Καὶ σὺ φέρειν τιμῆεν ἐμοὶ γέρας. ᾧ ποτε μήτηρ
Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις.
Μενελάῳ δὲ πῶς ἂν τὸν Ἀλέξανδρον τιμωρήσαιτο.
Πάγχρυσον φέρε κόσμον ἑλὼν ἀπὸ σῆς ἀλόχοιο
Δειρῆς, ὅν ποτε Κύπρις ἔδωχ' Ἑλένῃ μέγα χάρμα
Ὥς σοι Ἀλέξανδρος τίσιν ἐχθίστην ἀποδώσει.

Συνέβη δὲ ταῖς γυναιξὶν ἔριν ἐμπεσεῖν περὶ τοῦ κόσμου τούτου. ποτέρα πότερον λήψεται. καὶ διακληρουμένων, ἡ μὲν σκυθρωπὴ οὖσα κατὰ τὸν βίον, καὶ σεμνότητος πλήρης, τὸν Ἐριφύλης ὅρμον. ἡ δὲ ὥρα διαφέρουσα καὶ μάχλος οὖσα. τὸν τῆς Ἑλένης. καὶ αὕτη μὲν ἐρασθεῖσα νεανίσκου τινὸς Ἠπειρώτου, συνεξεδήμησεν. ἡ δὲ τῷ ἀνδρὶ θάνατον ἐβούλευσεν. hoc eſt: *Ephorus, ſiue eius filius Demophilus libro trigeſimo hiſtoriarum vbi de Delphico templo loquitur ait, Onomarchum Phayllum, & Phalæcum, non ſolum quæ in templo fuerunt omnia depeculatos exportaſſe, ſed ad poſtremum illorum vxores Eriphyles monile abſtuliſſe, quod Alemæon dei iuſſu Delphis ſacrauerat, ac Helenæ torquem a Menelao dicatum. Vtrique oraculum deus reddiderat: & Alemæoni quidem conſulenti qua ratione ab inſania liberaretur,*

„ Precioſũ a me donũ poſtulas inſaniȩ remediũ;
„ Precioſã quoq; mercedẽ afferto mihi, eã nimirũ
„ Qua olim mater Amphiaraũ cũ equis ſub terra
occuluit.

Me-

Menelao autem ſciſcitanti quomodo iniuriam acceptam ab Alexandro vlciſceretur,

„ Ex auro ſolidum ornatum vxoris tuæ ceruici
„ Detractum affer, quem olim munus gratiſſimum Helenæ Venus dedit,
„ Sic Alexander pœnas tibi pender grauiſſimas.

Mulieribus autem de ornamentis illis certantibus, vtra vtrum haberet, iacta ſorte, vultuoſæ, auſteræ, vitæque grauitate venerandæ obtigit Eriphyles monile: alteri pulchriori, ſed impudicæ ac libidinoſæ Helenæ. Hæc autem Epirotæ iuuenis cuiuſdam amore perdita, ſecuta eſt abeuntem: altera vero ex inſidijs maritum obtruncauit.

Lycophron ēt in Caſſandra verſus hos protulit.

Ἤξει δ' ἀλήτης εἰς ἰαπύγων ςρατόν
Καὶ δῶρ' ἀνάψει παρθένῳ σκυλιτρίᾳ,
Ταμάσιον κρατῆρα καὶ βοάγριον,
Καὶ τὰς δάμαρτος ἀσκέρας εὐμαρίδας

hoc eſt:

„ Tum veniet ad Iapigum erro exercitum
„ Et dona virgini ſuſpendet ſpoliatrici
„ Aeneum Craterem, & clypeum bubulum,
„ Atque vxoris crepidas ſuæ.

Quæ omnia par eſt integra & vſui apta, non autem fracta fuiſſe deæ conſecrata. Athenæus idem alibi refert eundem Onomarchum mul-

ta donaria de templis abſtuliſſe, ac ſuis amaſiis
k lib. 13. cap. 28. dediſſe, dum[k] infit: Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ συγγράμματι Θεό-
πομπος φιλογύναιον μὲν φησὶ γεγονέναι Φαΰλλον τὸν
Φωκέων τύραννον, φιλόπαιδα δὲ Ὀνόμαρχον, καὶ ἐκ τῶν
τοῦ θεοῦ χαρίσασθαι τοῦτον εἰς Δελφοὺς παραγενομένῳ. τῷ
Πυθοδώρου τοῦ Σικυωνίου υἱῷ ἀποκειρομένῳ τὴν κόμην,
ὄντι καλῷ συγγενόμενον, τὰ Συβαριτῶν ἀναθήματα στηλ-
γίδα χρυσᾶ τέσσαρα. τῇ Δεινιάδου δὲ αὐλητρίδι Βρο-
μίᾳ Φαΰλλος καρχήσιον ἀργυροῦν [καις .... νον] χρυσοῦν
κιττοῦ Πεπαρηθίων. αὕτη δὲ φησὶ καὶ ἔμελλε τὰ Πύθια
αὐλεῖν εἰ μὴ ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐκωλύθη. τῷ δὲ Λυκόλᾳ
τῷ τοῦ Τριχολέου υἱῷ Φυσκίδᾳ ὄντι καλῷ Ὀνόμαρχος
ἔδωκε φησὶ στέφανον δάφνης Ἐφεσίων ἀνάθημα. οὗτος ὁ
παῖς πρὸς Φίλιππον ἀχθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς, κἀκεῖ προ
αγωγευόμενος οὐδὲν λαβὼν ἀπεστάλη. τῷ Ἐπιλύκου τοῦ
Ἀμφιπολίτου υἱῷ ὄντι καλῷ Δαμίππῳ Πλειοθένους ἀνά-
θημα Ὀνόμαρχος ἔδωκε. Φαρσαλίᾳ τῇ Θεσσαλίδι ὀρ-
χηστρίδι, δάφνης στέφανον χρυσοῦν φιλόμηλος ἔδωκε
Λαμψακηνῶν ἀνάθημα. hoc eſt: *In eodem opere
Theopompus ſcribit Phayllum Phocenſium tyran-
num mulieroſum fuiſſe, Onomarchum vero in puero-
rum amorem procliuem: huncque puero profecto Del-
phos, eleganti coma pulchro, cum quo rem habuerat,
e templi muneribus ſtrigiles puſillas quatuor aureas
dediſſe a Sybaritis dicatas: Phayllum vero Bromiæ
Tibicinæ, Deiniadæ filiæ, quæ niſi turba obſtitiſſet,*

in

in Pythijs modos tibia erat factura; argenteum carcheſium, & aureum cyßibium, Peparethiorum donarium. Onomarchum rurſum Lycolæ Phyſcidi Tricholei filio formoſo, coronam lauream ab Epheſijs conſecratam. Puer hic ad Philippum a patre ductus, & oblatus eius libidini, indonatus & remiſſus ad ſuos. Idem Onomarchus Damippum Epilyci Amphipolitæ filium perpulchrum donario Pleiſthenis muneratus eſt, vt Pharſaliam Theſſalicam ſaltatricem Philomelus laurea corona ex auro, quam dicauerant Lampſaceni. Scio Dalechampium hic laudari ab eruditiſſimo Caſaub. ſequor tamen fragmentum ac lego ὡς ςέφανον. Non ergo fracta & vſui hominum inepta, ſed integra & vſui apta dudum ſuſpendebantur in templis donaria, monilia, coronæ, ſtrigiles, carcheſia, ciſſybia, & id generis alia. Erat autem Ciſſybium poculi genus, vt conſtat ex Athenæo, apud quem legere licuit in [1] Dipnoſophiſtis tum ὅτι οὐκ ἔςι μικρὸν τὸ παρ' Ὁμήρῳ διδόμενον, τῷ Κύκλωπι ὑπ' Ὀδυσσέως κισσύβιον, οὐ γὰρ ἂν τρὶς πιὼν, οὕτως κατηνέχθη ὑπὸ μέθης τηλικοῦτος ὢν, id eſt: *Non exiguum fuiſſe apud Homerum Cyclopi datum ab Vlyſſe Ciſsybium; alioqui exhauſto ter illo non tam vaſti corporis homo deiectus fuiſset.* tum etiam: Κισσύβιον. τὸ μόνωτον ποτήριον. Φιλήμων, Νεοπτόλεμος δ' ὁ

[1] lib. 11. cap. 1. & 7.

Παριανὸς ἐν τρίτῳ γλωσσῶν τὸ κίσσινον ποτήριον σημαί-
νειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀνδρομέδᾳ

Πᾶς δὲ ποιμένων ἔῤῥει λεώς.
Ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος
Πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.

τὸ γὰρ κισσύβιον φησὶ λέγεται ἐπὶ συνόδου ἀγροικῆς, ἔνθα προσήκει μάλιστα τὸ ξύλινον ποτήριον. Κλείταρχος δὲ φησὶν Αἰολεῖς τὸν σκύφον κισσύβιον καλεῖν. Μαρσύας δὲ κύπελλον καὶ τὸ ξύλινον ποτήριον. Εὔμολπος δὲ γένος ποτηρίου ἴσως φησὶ κατ' ἀρχὰς ἐκ κισσίνου κατασκευασθὲν ξύλου. Νίκανδρος δὲ ὁ Κολοφώνιος, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Αἰτωλικῶν γράφει ἐν τῇ ἱεροποιίῃ τοῦ Διδυμαίου Διὸς κισσοῦ σπονδοποιέονται πετάλοισιν, ὅθεν τὰ ἀρχαῖα ἐκπώματα κισσύβια φωνέεται. Ὅμηρος

Κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο.

Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ περὶ τῆς Νεστορίδος, σκύφει φησὶ καὶ κισσυβίῳ τῶν μὲν ἐν ἄστει καὶ μετρίων οὐδεὶς ἐχρῆτο, συβῶται δὲ καὶ νομεῖς καὶ οἱ ἐν ἀγρῷ. Πολύφημος μὲν τῷ κισσυβίῳ θατέρῳ δὲ Εὔμαιος. Καλλίμαχος δ' ἔοικε διαμαρτάνειν, ἐν τῇ συγχρήσει τῶν ὀνομάτων, λέγων ἐπὶ τοῦ Ἰκίου ξένου τοῦ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ

Πόλλιδι συνεστιαθέντος αὐτῷ
Καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκιην μὲν ἀπηνήνατο χανδὸν ἄμυστιν
Ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ
Τῷ μὲν ἐγὼ τόδ' ἔλεξα περιστείχοντος ἀλείσου.

Τό

τὸ τρίτον.

Ὁ γὰρ λέγων ἄλεισον τὸ αὐτὸ καὶ κισσύβιον τὴν ἀκριβῆ θέσιν τῶν ὀνομάτων οὐ διαφυλάττει. εἰκάσειε δ᾽ ἄν τις τὸ Κισσύβιον τὸ πρῶτον ἐργασθῆναι ὑπὸ ποιμένων ἐκ Κισσίνου ξύλου. ἄλλοι δὲ ἐθυμολογοῦσιν αὐτὸ ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι τὸ δ᾽ ἐστὶ χωρεῖν,

Οὐδὸς δ᾽ ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται,

καὶ ἡ τοῦ ὄφεως Κατάδυσις χειὴ καταδεχομένη τὸ ζῶον, καὶ κήθιον τὸ χωροῦν τοὺς ἀστραγάλους. Διονύσιος δ᾽ ὁ Σάμιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ κύκλου τὸ Ὁμηρικὸν κισσύβιον κυμβίον ἔφη, γράφων οὕτως, καὶ αὐτὸν Ὀδυσσεὺς ὁρῶν ταῦτα ποιοῦντα, πληρώσας τοῦ ὄινου κυμβίον δίδωσι

„ πιεῖν. hoc eſt: Ciſſybium auritum poculum eſt
„ altera tantum parte inquit Philemon. Neo-
„ ptolemus vero Parianus libro tertio lingua-
„ rum apud Euripidem in Andromacha ſignifi-
„ care ait hederaceum poculum.

Concurrebat paſtorum vniuerſus populus:
Ex illis quidam ſcyphum hederaceum cißybium lacte plenum ferebat,
Alius vitis decus, ac voluptatem, qua leniuntur moleſtiæ.

„ Ciſſybium inquit apte dicitur in eo conuentu
„ ruſticorum vbi ligneum poculum maxime
„ quadrat. Cleitarchus ait ab Aeolibus ſcyphum
„ Ciſſybium vocari: Marſyas Cypellum & li-

gneum

„ gneum poculum. Eumolpus eſſe poculi genus
„ ſcribit, quod principio fortaſſis ex hederæ li-
„ gno factum fuerit. Nicander Colophonius
„ libro primo Aetolicorum ſcribit.

Didymæo Ioui quum res diuina fit, libant in hederæ
folijs,
Vnde vetuſta pocula ciſſybia nuncupantur:

„ Aſclepiades Myrleanus in libro de Neſtoride,
„ Scypho inquit & Ciſſybio e ciuibus nullus vte-
„ batur ne mediocrium quidem fortunarum, ſed
„ ruſtici, paſtores, ſubulci. Polyphemus ciſſy-
„ bio bibebat, Eumæus altero poculo. Erraſſe
„ videtur Callimachus confuſis his nominibus,
„ quum de externo homine ſibi familiari loqui-
„ tur, cum quo apud Athenienſem ciuem con-
„ uiuio exceptus fuerat.

Thraciam amyſtin auide bibere noluit
Mero plenam; ciſſybio namque delectabatur exiguo:
Huic ego, quum Aleiſon circumambularet, tum dixi,
Tertia hæc pars eſt.

„ Quod enim Aleiſon ciſſybium nominat, exa-
„ ctum vocabulorum ſignificatum non obſer-
„ uauit. Coniectari quiſquam poſſit ciſſybium
„ primum confectum a paſtoribus ex hederæ li-
„ gno. Alii, ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι, quod ſignificat eſſe
„ capacem interpretantur.

ſolum

ſolum ambos non accipiet. ὐκ χείσεται
„ tum etiam χεία, latibulum, quod ſe occultan-
„ tem ſerpentem admittit, & χείδιον, arcula, in
„ quam talia reconduntur. Dionyſius Samius
„ libris de Cyclope ciſſybium Homericum, cym-
„ bium eſſe monſtrat his verbis. Agentem ea
„ conſpicatus Vlyſſes, impletum vino cymbium
„ bibendum dedit.
Ciſſybii meminit etiam [m] Theocritus inquiens Idyll. α
in deſcriptione pulcherrimi poculi paſtoralis.

Καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἀδέϊ καρῷ,
Ἀμφῶες, νεοτευχὲς ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον.
Τῶ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσὸς,
Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονισμένος. ἁ δὲ κατ' αὐτὸν
Καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.
Εντοσθεν δὲ, γυνὰ, τὶ θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται,
Ασκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι. πὰρ δὲ οἱ ἄνδρες
Καλὸν ἐθειράζοντες ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος
Νεικείουσ' ἐπέεσσι. τὰ δ' ὐ φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς.
Ἄλλοκα μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελεῦσα,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
Δηθὰ κυλοιδιόωντος ἐτώσια μοχθίζοντι.
Τοῖς δὲ μετὰ, γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται
Λεπρὰς, ἐφ' ᾇ σπεύδων, μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει
Ὁ πρέσβυς, κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς
Φαίης κεν γυίων νιν ὅσον σθένος ἐλλοπιεύειν.

Αἱ

Αἱ δὲ οἱ ὠδήκαντι κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες,
Καὶ πολιῷ περ ἐόντι. τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἅβας.
Τυτθὸν δ' ὅσσον ἄπωθεν ἁλιτρύτοιο γέροντος,
Πυρναίαις σταφυλαῖσι καλὸν βέβριθεν ἀλωά.
Τὰν ὀλίγος τις κῶρος ἐφ' αἱμασιαῖσι φυλάσσει
Ἥμενος. ἀμφὶ δέ μιν δύ' ἀλώπεκες. ἁ μὲν, ἀν' ὄρχως
Φοιτᾷ, σινομένα τὰν τρώξιμον. ἁ δ', ἐπὶ πήραν
Πάντα δόλον τεύχοισα, τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνήσειν
Φατὶ πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖς καθίξοι.
Αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν,
Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων. μέλεται δὲ οἱ οὔτε τι πήρης,
Οὔτε φυτῶν τοσσῆνον, ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖ.
Παντᾶ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος,
Αἰπολικόν τι θάημα. τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξαι.

hoc eſt:

„ Et profundum poculum oblitum dulci cera,
„ Anſatū, nuper factū, adhuc ſculpturā redolēs:
„ Cuius circum labra voluitur ſuperne hedera,
„ Hedera helichryſo ornata, & iuxta ipſam
„ Fructu capreolus voluitur geſtiens croceo
„ Intus autem mulier, quoddam deorum opus,
ſculpta eſt,
„ Ornata peplo, reticuloque, iuxta aūt ipsā, viri
„ Pulchris capillis viciſsim aliunde alius
„ Certant verbis, quę non mentē tangunt ipſius,
„ Modo illum reſpicit virum ridens,

„ Modo rurſus ad hunc proiicit mentem: illi autem præ amore
„ Diu turgentes oculis fruſtra laborant.
„ His autem cum, piſcatorque ſenex petraque fabre facta eſt
„ Aſpera, in qua feſtinans magnum rete ad iactum trahit
„ Senex, laboranti vehementer viro ſimilis:
„ Diceres eum artuum toto robore piſcari,
„ Adeo ei tument in ceruice vndique venæ;
„ Et cano licet exiſtenti, robur autem dignum iuuentute.
„ Paululũ autẽ quantũ longe a mari exeſo ſene,
„ Rubris vuis pulchre grauatur vinea:
„ Quam paruus quidem puer ad Sepes cuſtodit
„ Sedens: circum autem ipſum duæ vulpes; altera quidem in ordines vinearum
„ Vadit, lędens maturã vuã; altera vero in peram
„ Omnem dolum ſtruens, puerũ non prius (ſe) remiſſuram
„ Ait quam ſine ientaculo in ſicco collocarit.
„ Ille vero ex culmis pulchram nectit cicadis capiendis decipulam,
„ Iunco concinnans; curat autem neque peram
„ Neque plantas tantum, quantum opere, quod nectit, gaudet.

,, Vndique autem poculum circumuolat mollis
achantus,
,, Caprario immane miraculum: monſtrum plane animum tuum percellat.

Quam accuratam deſcriptionem poſt alios Criticos eruditiſſimus I. Cauſabonus improbauit inquiens citatis verbis.[n] *Sequitur apud Theocritum luculenta ſane deſcriptio κισσυβίω, Ciſſybij, quod fuit ampliſsimi vaſis paſtoricij genus, quo ſe illi lacte, vino, aut quocunque alio potu ingurgitabant; Capacitatem eius licet colligere ex cælaturæ multiplici argumento. Id poeta ita graphice depingit, vt cum artificis manu ingenij copia, & venæ vbertate certaſſe videatur. Sed cumulum huius laudis ipſe ſibi diruit, dum immodica quadam licentia vſus, ingenio ſuo moderatus non eſt; vt merito illum pridem cenſores ingeniorum non impolitias quidem fecerint οὐ γὰρ τοῦτό γε ſed ineptiarum notarint; nam quid aliud potius quam ineptias iſta appelles?*

Ἄλλοκα μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελοῖσα,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον. hoc eſt:

,, Modo illum reſpicit virum ridens,
,, Modo rurſus ad hunc proiicit mentem.

Qui enim tam felix ſculptoris pictoriſue manus, quæ penicillo aut cælo iſtum oculorum animique motum exprimere valeat? Atqui ſtat illud, poetas

eſſe

[n] lect. Theocr. cap. 1.

eſſe debere μιμητὰς τῶν ὄντων καὶ γινομένων, *hoc eſt*, *imitatores eorum, quæ ſunt, aut fiunt, fieriue poſſunt.* Hæc vir egregius. Nos tamen ideo Theocritum non accuſandum, ſed laudandum eſſe cenſemus; qui dudum cucurbitam non ita magnam a paſtore vterculi in morem cingulo appenſam geſtari vidimus, quæ cælata non paucioribus imaginibus affabre delineatis conſpiciebatur, quot & quales erant; quas in ſuo ciſſybio Caprarius apud Theocritum enumerat atque deſcribit: Nec a veriſſimili diſcedit in propoſito Theocritus, nam paſſim celebriorum pictorum, & cælatorum opera proſtant animi paſſiones mirabiliter exprimentes: & oculorum animique varios affectus mulieris in Ciſſybio deſcriptæ Pictor exprimere potuit procul ab ineptia, ſi bis eiuſdem mulieris in duplici loco finxerit imaginem, vt Pictores efficere conſueuerunt, repręſentaturi in eadem tabula varios caſus eidem homini contingentes, variaſque eiuſdem hominis actiones. Verum & ex ſuperioribus aperte conſtat Ciſſybium paſtorale poculum quidem fuiſſe; at non neceſſario capacitatis ampliſſimæ fuiſſe, sed mediocris etiam amplitudinis eſſe potuiſſe. Nec omittenda ſunt, quę

o 5. Satur. cap. 21.

retulit in propoſito [o] Macrobius, cui *fuerunt qui cymbium a Ciſsybio per ſyncopam dictum exiſtimarent. Ciſsybij autem, vt de Homero taceam, qui hoc poculum Cyclopi ab Vlyſſe datum memorat, multi faciunt mentionem, voluntque nonnulli proprie Ciſſybium ligneum eſſe poculum ex edera, id eſt, ciſſu;* licet Macrobius paulo antea conſtituerit, non a ciſſybio, ſed a cymba cymbia denominationem habuiſſe dum ait: *Cymbia autem hæc, vt ipſius nominis figura indicat, diminutiue a cymba dicta; quod & apud Græcos, & apud nos ab illis trahentes nauigij genus eſt: ac ſane animaduerti ego apud Græcos multa poculorum genera a re nauali cognominata, vt carcheſia ſupra docui, vt hæc cymbia pocula procera nauibus ſimilia.* Sed redeamus ad noſtra donaria. Herodotus in Clio memorat *Gygem tyrannide occupata Delphos donaria miſiſſe non pauca, vbi quæ ex argento donata viſuntur, eorum pleraque iſtius ſunt: & præter argentum immenſam vim auri dedicauit poſuitque cum alia, tum vero (quod præcipua mentione dignum eſt) pateras aureas numero ſex, pondo triginta talentorum, quæ in Corinthiorum theſauro collocatæ ſunt. licet is theſaurus (ſi vera loqui volumus) non Corinthij populi ſit, ſed Cypſeli Eetionis filij. Ita Gyges barbarorum, quos ipſi nouimus primus, munera apud Delphos poſuit.*

ſuit, ſecundum Midam Gordij filium, Phrygiæ regem: nam & Midas obtulit regiam ſellam, in qua ſedens iura dicere ſolitus erat, rem ſpectaculo dignam. Non autem dicet meo iudicio vir oculatus pateras Gygis, & ſellam Midæ confractas fuiſſe Deo conſecratas. Nec fractum arbitror, dicet fuiſſe poculum Neſtoris, de quo ſic [p] Athenæus inſit καὶ νῦν ἐστὶν ἐν Καπύῃ πόλει τῆς Καμπανίας ἀνακείμενον τῇ Ἀρτέμιδι ποτήριον, ὅπερ λέγουσιν ἐκεῖνοι Νέστορος γεγονέναι. ἔστι δὲ ἀργύριον, χρυσοῖς γράμμασιν ἐντετυπωμένα ἔχον τὰ Ὁμηρικὰ ἔπη. hoc eſt: *Eiuſmodi poculum viſitatur in Capua Campaniæ, dicatum Dianæ, quod aiunt Campani fuiße Neſtoris: eſt autem argenteum inſculptis Homeri verſibus, aureis literis inſigne.* Præterire non poſſum hoc in loco Dalechampium literatiſſimum nō bene reprobare hoc Athenæi teſtimonium, dum ait citatis verbis: *Stolide hoc: Homerum Neſtor multum præceßit: itaque Homeri Verſus in eius poculo inſcribi non potuere.* Quidni vir egregie? certe Homeri tempeſtate, vel etiam poſt Homericam ætatem conſecrandum, Neſtoris antiquioris poculum, multo antea fabricatum ab artifice, potuit ab artificis abnepote ſculpi, ac cœlari nouis carminibus, dedicationis titulum vel aliud quid tale quoque continentibus.

[p] lib. 11. cap. 13.

Cæterum & Herodotus in Clio multa refert alia donaria templis integra dicata. Non ergo verum eſt, quod contendit hoc in loco doctiſſimus Salmaſius, veteribus illud in more poſitum fuiſſe, res omnes, quas templis ſuſpendebant, ac numini conſecrabant, mutilare ac ſcindere, ne in vſum hominum venire poſtea poſſent, velut inepta humanis vſibus. Addit eruditus Salmaſius. *Secundum hunc morem Epeus quum Securim dedicaret, manubrium exemit. Hinc Simmias qui figuram exhibebat Securis ab Epeo dedicatæ, eam ſine manubrio repræſentauit*. At nulla fuiſſet hæc Epei cautio, ne Securis a ſe tholo templi ſuſpenſa in vſum hominũ cōuerti poſſet, neue parata vel ad manum eſſet vti volētibus; quia nullo negocio Securi nouum manubrium ex ligno quilibet ſtatim aptare poterat. *ſic de clypeis dedicandis, lora & anſæ, quibus tenentur, tollebantur. Ariſtophanes in Equitibus*.

„ Ου γὰρ σ' ἐχρῆν εἴπερ φιλεῖς τὸν δῆμον ἐκ προνοίας

„ Ταύτας ἐᾶν αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν ἀνατεθῆναι.

hoc eſt:

„ Neque enim oportebat te, ſiquidem amas populum, ex conſilio

„ Ipſa ſcuta ſinere cum ipſis loris appendi.

Nos ex hoc Ariſtophanis loco, & ex antiquis

aliis

aliis autoribus oppoſitum potius colligimus, ſcuta ſcilicet cum loris ipſis, & apta ad vſum hominum ſuſpendi conſueuiſſe; quum vere clypei, de quibus ibi loquitur Ariſtophanes dicantur in templis appenſi habere lora. Et paulo poſt, populus clypeorum templo ſuſpenſorum indignatur, ſibi metuens ne in ſui perniciem reſumantur clypei a ſatellitibus tyrannidem Cleoni tradere volentibus. ait enim populus.

Ὤιμοι τάλας ἔχουσι γὰρ πόρπακας; ὦ πόνηρε,
Ὅσον με παρεκόπτου χρόνον, τοιαῦτα κρουσιδημῶν.

hoc eſt:

,, Væ miſero mihi: num clypei lora habent? o tu ſceleſte,
,, Quanto me tempore fraudaſti, ludificando popellum.

Id autem execratur populus, non quia præter morem ſcuta cum loris templo ſuſpenſa fuerint, ſed conſilium Ariſtophanis hic eſt, more vetuſto in ſua Comœdia ſugillare Cleonem, penes quem tunc erat poteſtas populi Athenienſis, qui Pilum eo duce ſubegerat, & e Pilo ſcuta hoſtibus erepta templo ſuſpenderat vna cum ſcutis ſuorũ qui bello ceciderãt: vt autem populo ſuſpicionem affectatæ tyrannidis incute-

cuteret, ſcuta cum loris appenſa cauillatur, & criminatur; bonum Cleonis opus ad prauam intentionem pertrahere ſtudens, & Cleonem tunc ob partam victoriam apud Athenienſes clarum & charum, inuiſum populo reddere volens, populumque mutabiliſsimum ac ſuſpicioſsimum facile moueri poſſe putauit in odiũ Cleonis, ſi ſcuta cum loris ideo templi tholo appenſa dicat, vt eſſent parata Cleonis ſatellitibus ad ſeditiones concitandas: ſuſpicioſorum etenim eſt, conſueta etiam timere. Sed ſcuta & arma templis olim ſuſpendi conſueuiſſe integra cum loris, & ad vſum apta, clare conſtat ex antiquis autoribus. in primis[q] Macrobius in Saturnalibus admonet, & ante ipſum Pauſanias in Meſſeniacis, ornamenta templorum clypeos eſſe, & huiuſmodi donaria. quomodo ergo ſint ornamenta res laceræ ac dilaniatæ? Deinde Pauſanias in Eliacis infit: Ἐν δὲ τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ ναῷ, Νέρωνος ἀναθήματα τρίτος μὲν ἐς κοτίνου φύλλα στέφανος, τέταρτος δὲ ἐς δρυός ἐστι μεμιμημένος. κεῖνται δὲ αὐτόθι καὶ ἀσπίδες χαλκαῖ πέντε καὶ εἴκοσι, τοῖς ὁπλιτεύουσιν εἶναι φορήματα ἐς τὸν δρόμον. hoc eſt: *Sunt in Olympij fano, quas Nero donauit coronæ: earum quæ eſt ordine tertia, oleaſtri, quarta quercus frondem imitatur. Poſiti ibidem*

q lib. 3. cap. 11.

ibidem clypei ſunt viginti quinque ænei; cum quibus decurrunt, qui armati in circulum deſcendunt. vnde iam conſtat ſcuta cum loris, & ad vſum apta parataque templis ſuſpendi & integra. Cornelius[r] Tacitus conteſtatur *Flauium Sceuinum quum aduerſus Neronem coniuraſſet, ſumpſiſſe e templo ſalutis in Etruria, aut e fano fortunæ Ferenti pugionem, quo illum interficeret.* erat igitur integer ille pugio, & ad vſum paratus. Quin etiam Plutarchus in Apophthegmatibus agens de Cleomene noſtram ſententiam mirifice comprobat, Salmaſianam omninò reprobat inquiens: Συνέβη δ' αὐτῷ τοῦ μὲν Ἄργους, δι' ὃ παρεσπόνδησεν διὰ τὸ τὰς γυναῖκας τὰ ἀπὸ τῶν ἱερῶν καθελούσας ὅπλα, τούτοις αὐτὸν ἀμύνασθαι. hoc eſt: *Vſu tamen ei venit, vt & tum Argis (quorum occupandorum gratia fidem fefellerat datam) non potiretur, quum mulieres Argiuæ arma e templis detrahentes iis eum propulſarent.* Cœlii[ſ] teſtimonio, eſt apud Arrianum ſcuti ſacri mentio, quod de Palladis templo quum detraxiſſet Alexander, eo ſemper prælato prælia inibat. Pugionis in templo ſacrati, in quo inciſum erat epigramma; proindeque non mutilati meminit[t] Athenæus inquiens: ἱστορεῖ τὰ αὐτὰ καὶ Φανίας, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων, ὡς χαλκῶν ὄντων τῶν παλαιῶν ἀναθημά-

[r] 15. Annal.

[ſ] lib. 21. cap. 14.

[t] lib. 6. cap. 4.

θημάτων, καὶ τριπόδων, καὶ λεβήτων, καὶ ἐγχειριδίων. ὧν ἐφ' ἑνὸς καὶ ἐπιγεγράφθαι φησίν.

Θάησαί μ'. ἐτεὸν γὰρ ἐν Ἰλίου εὐρεῖ πύργῳ
Ἦν, ὅτε καλλικόμῳ μαρνάμεθ' ἀμφ' Ἑλένῃ.
Καί μ' Ἀντηνορίδης ἐφόρει κρείων Ἑλικάων.
Νῦν δέ με Λητοΐδου θεῖον ἔχει δάπεδον.

hoc eſt:

Eadem narrat & Phanias libro de Tyrannis Siciliæ, in quo etiam priſca donaria, tripodas, lebetes, pugiones ex ære fuiſſe teſtatur: ac in quodam pugione inciſa hæc carmina.

„ Contemplare me: reuera in Ilii amplis turribus
„ Tum ego fui, quum ob Helenam dimicaretur,
„ Geſtabat Antenorides, inter Græcos illuſtris
princeps,
„ Nunc autem cuſtodit ſacrum Latonii fanum.

Sed ſi clypei, & arma, quapiam ſui parte mutilata ſuſpendebantur: id fiebat, quia tale quid ea paſſa fuerant inter dimicandum ab hoſte gerentis, non ex conſilio vllo ſuſpendentis. & huiuſmodi maxime Marti deo conſecrari conſueuerant; vt conſtat tum ex Leonida ſub Martis perſona dicente in [u] epigrammate vetuſto.

u lib. 1. cap. 3. epig. 1.

*Οὐκ ἐμὰ ταῦτα λάφυρα. τίς ὁ θριγκοῖσιν ἀνάψας
Ἄρηος, ταῦτον τὰν ἄχαριν χάριτα.*

Ακλα-

Ἄκλαστοι μὲν κῶνοι, ἀναίμαντοι δὲ γανῶσι
  Ἀσπίδες, ἄκλαστοι δ᾽ αἱ κλαδαραὶ κάμακες.
Αἰδοῖ πάντα πρόσωπ᾽ ἐρυζαίνομαι, ἐκ δὲ μετώπου
  Ἱδρὼς πιδύων στῆθος ἐπιστάλάει.
Παστάδα τὶς τοιοῖς δὲ, καὶ ἀνδρειῶνα, καὶ αὐλὰς
  Κοσμείτω, καὶ τὸν νυμφίδιον θάλαμον.
Ἄρευς δ᾽ αἱματόεντα Διωξίπποιο λάφυρα
  Νηὸν κοσμοίη. τοῖς γὰρ ἀρεσκόμεθα.

hoc eſt:

„ Non mea hæc ſunt ſpolia: quis parietibus ſu-
„ ſpendit
„   Martis hoc ingratum munus?
„ Infractæ enim galeæ, ſine ſanguine etiã ſplen-
„ dentia
„   Scuta, & infracta vibranda haſtarum ligna.
„ Pudore tota facie rubeo; e fronte autem
„   Sudor ſcaturiens ſuper pectus diſtillat.
„ Nuptialem his aliquis & conclaue, & aulam
„   Exornet & ſponſalem lectum.
„ Martis vero cruenta Dioxippi ſpolia
„   Templum ornent: His enim delectamur.

Vnde conſtat etiam ſcuta & arma integra tem plis conſueuiſſe ſuſpendi; tum etiam ex [x] Antipatro in eandem ſententiam concinente.

x ibid. epig. 3.

Τίς θέτο μαρμαίροντα βοάγρια; τίς δ᾽ ἀφόρυκτα
  Δόρατα, καὶ πάντας ἀρραγέας κόρυθας;

Αγκρεμάσας Ἄρηϊ μιάςορι κόσμον ἄκοσμον;
Οὐκ ἀπ' ἐμῶν ῥίψει ταῦτά τις ὅπλα δόμων
Απ' τολέμων τάδ' ἔοικεν ἐν ὀινοπλῆξι τεράμνοις
Κεῖσθαι, ἐ θριγκῶν ἔντος Ενυαλίε,
Σκῦλα μοι ἀμφίδρυπτα, καὶ ὀλλυμένων ἅδε λύθρος
Ανδρῶν, ἔιπερ ἔφυν ὁ βροτολοιγὸς Αρης.

hoc eſt:

„ Quis poſuit ſplendida ſcuta e corio boum, quis autem incruenta
„ Ligna, & haſce infractas galeas?
„ Suſpendiſti Marti homicidæ ornamentum deforme?
„ Non e meis eiiciet hęc aliquis arma e tēplis?
„ In imbellium hæc conueniunt ebrioſis tabernaculis
„ Poni: non parietibus Martis.
„ Spolia mihi vndique lacerata, & pereuntium placet ſanguis
„ Virorū, poſtquā natus ſum homicida Mars.

Hinc etiam patet ſuſpendi conſueuiſſe templis arma, & ſpeciatim ſcuta integra; quamuis autem Marti cruenta & fracta digne ſuſpenderentur; quæ patratum in bello referant multiplex homicidium; aliis tamen Diis non homicidis, ac Mineruæ vt deæ artificum Epeus faber integram Securim conſecrare potuit, dedicare debuit;

debuit; nam vſu Securis in arte manubrium non abrumpitur a fabro lignario, vt vſu telorum in bello ſcuta & arma franguntur a milite; ſat fuiſſet eam Securim poſt Equi Duratei fabricam, poſtque Troianarum turrium demolitionem, ab Epeo Palladi obtuſam aciem habentem in templo ſuſpendi. Addit vir egregius placiti ſui tutorem Ariſtophanis Scholiaſten, qui loco citato infit. ἀνετίθεσαν τὰ ἐκ τῶν πολεμίων ὅπλα, ἄνευ τῶν ὀχάνων, ἵνα μὴ ἑτοίμως ἔχωσιν αὐτοῖς χρῆσθαι. hoc eſt: *Appendebant autem ab hoſtibus capta arma ſine loris, ne prompte poſſent ipſis vti*. Cæterum Scholiaſtes hic, a quo plerique Grammatici Seniores cum inſigni viro ſententiam hanc de fractura donariorum induerunt, nobis nec officit, nec imponit; qui nuperrime nouimus ex Athenæo, Pauſania, Tacito, Arriano, quorum autoritas longe maior eſt quam Ariſtophanici Scholiaſtis, clypeos templis appenſos concedere conſueuiſſe in vſum hominum, & ad manum paratos cum loris fuiſſe ſuſpenſos. Itidem ſubdit Salmaſius: *Sic veſtes conſecrandas, priuſquam eas tholis ſuſpenderent, ſcindebant, & lacerabant, ne cuiquam vſui eſſe poſſent. Heſychius:* Καταγίσας, κατασχίσας, οἱ γὰρ ἀνατιθέντες ἱμάτια κατέσχιζον αὐτὰ ἵνα μὴ ἀρθῶσι

σι παρά τινῶν. hoc eſt: *Appendentes enim veſtes, ſcindebant eas, ne auferrentur ab vllis.* Nos apud Athenæum antea vidimus peplum, apud Pauſaniam velum templis integrum ſuſpendiſſe veteres. Imo vero Plutarchus in [y] Quæſtionibus Romanis quærens Διὰ τί τῶν τοῖς θεοῖς ἀνατιθεμένων, μόνα τὰ σκῦλα νενόμισται περιορᾶν ἀφανιζόμενα τῷ χρόνῳ, καὶ μήτε προσκυνεῖν, μήτε ἐπισκευάζειν; additque: οὐδὲ γὰρ παρ᾽ Ἕλλησιν οἱ πρῶτοι λίθινον καὶ χαλκοῦν στήσαντες τρόπαιον εὐδοκιμοῦσι. hoc eſt: *Cur inter ea, quæ Dijs conſecrantur, lege permiſſum eſt vt ſola ſpolia ſinantur tempore corrumpi, atque aboleri, neque ea licet reparare aut inſtaurare?* addenſque *apud Græcos etiam parum laudis adeptos eſſe qui primi lapidea, aut ærea ſtatuerunt trophæa;* clare teſtatur Antiquos donaria, quæ in templis appendebant, non prius dilaceraſſe aut fregiſſe; verum integra ſuſpendiſſe, at viceuerſa pleraque illorum, quæ non erant trophæa hoſtibus erepta, iniuria temporis collapſa, & corrupta reſtaurare, ac reſarcire conſueuiſſe. Verum Heſychio fortaſſe fucum fecit veſtium templis appenſarum nimia vetuſtas, ob quam tineis, aut muribus corroſæ, putantur ab initio tholis aut parietibus templorum fuiſſe ſuſpenſæ de induſtria ſciſſæ. Cæterum his omnibus

[y] quæſt. 37.

vna

vna præfertur Ariſtotelis autoritas in oppoſitum; nam apud [z] Athenæum legimus: Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Συμποσίῳ φησὶν, ὅτι οὐδὲν κολοβὸν προσφέρομεν πρὸς τοὺς θεοὺς, ἀλλὰ τέλεια καὶ ὅλα. τὸ δὲ πλῆρες, τέλειόν ἐστι. [z] lib. 15. cap. 5.

Τὸ δὲ στέφειν, πλήρωσίν τινα σημαίνει.

Ομηρος.

Κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.

Καὶ

Αλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει.

Τοὺς γὰρ αὐτὴν ὄψιν ἀμόρφους, φησὶν ἀναπληροῖ ἡ τοῦ λέγειν πιθανότης.

hoc eſt:

Ariſtoteles in Sympoſio ſcribit, mutilum nihil Dijs offerendum; ſed quod integrum & perfectum ſit; perfectum eſſe quod expletum. Voce coronare ſignificari plenitudinem. Homerus. Potu adoleſcentes pateras coronarunt.

ſcilicet impleuerunt; quia cyathus valde repletus videtur veluti coronatus vino, extra labia crateris extuberante in gyrum oris pateræ. & alio in loco:

Sed deus formam verbis coronat:

aſpectu deformes inquit explet diſerta & ad perſuadendum appoſita orationis facundia. nimirum deus quibus pulchritudinem non dedit, iis veluti

ſupplens

ſupplens hoc detrimentum, ſermonis elegantiam tribuere ſolet: ſic Socratem & Aeſopum turpiſſimos homines, linguæ facundia reddidit hominibus gratiſſimos, ac expleuit coronauitque verbis, quibus deerat oris pulchritudo. Quin imo & Ariſtoteles in Ethicis præcipit, *Dijs donaria fieri ſumptibus honorabilibus*; non ergo lacera & mutila ſuſpendi. Plato pariter in poſtremo de legibus ait. *Donaria Dijs moderata a moderatis hominibus offerantur*. & mox: *Textura quoque opus offeratur non maius quam quod ab vna muliere menſe vno fieri potuit*. Nec vllum verbum addit de laceratione contexti donarii, ſed aperte ſupponit illud textile dicandum Diis eſſe integrum. Subnectit inclytus Salmaſius: *Et hæc ratio eſt cur hic* Πέλεκυς πέλεκον *ſuum non habeat*, id eſt *Securis manubrium* ſuum non gerat. Nos hanc rationem laudare non poſſumus; quoniam ſi Securis templo ſuſpenſa manubrium non haberet, ne poſſet in vſum hominum auferri; iam nihil aureum, argenteumue templis dicari debuiſſet; contra tamen[a] Athenæus inquit: ὅτι δὲ δοθείσης τῆς τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος κράσεως ἔθος ἦν βαστάζεσθαι τὰς τραπέζας, ἔδειξε διὰ τῆς αὐτοῦ ἀσεβίας ὁ Σικελιώτης Διονύσιος τῷ γὰρ Ἀσκληπιῷ ἐν ταῖς Συρακούσαις ἀνακειμένης τραπέ-

a lib. 15. cap. 14.

τραπέζης, προπιὼν αὐτῷ ἄκρατον ἀγαθοῦ δαίμονος, ἐκέλευσε βαςαχθῆναι τὸν τράπεζαν. id eſt: *Porro ſolitas amoueri menſas, quum datum fuiſſet boni dæmonis poculum, impio ſuo ſcelere docuit Dionyſius: nam quum Syracuſis ante Aeſculapium eßet aurea menſa poſita, merum boni Dæmonis deo præbibit, ac continuo menſam iußit aſportari.* Dicetne vir doctus menſam illam confractam, & poculum boni dæmonis fractum fuiſſe donarium in templo, ne parata eſſent in vſum hominum? haud puto; nam Dionyſius in poculo præbibiſſe Deo dicitur, & menſam de templo in proprios vſus abſtuliſſe. Lucianus etiam in Toxari ait. οἰκέτης γὰρ αὐτοῦ, Σύρος καὶ τ' ὄνομα καὶ τὴν πατρίδα, ἱεροσύλοις τισὶ κοινωνήσας, συνεσῆλθέ τε αὐτοῖς ἐς τὸ Ἀναβείδιον, καὶ ἀποσυλήσαντες τὸν θεὸν χρυσᾶς τε φιάλας δύο, καὶ κηρύκιον, χρυσοῦν καὶ τοῦτο, καὶ κυνοκεφάλους ἀργυροῦς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, κατέθεντα πάντα παρὰ τῷ Σύρῳ. *Nam puer eius vt nomine, ita & patria Syrus, inita ſocietate cum ſacrilegis aliquot, vna cum illis in Anubis templum irrupit: ſublatoque deo, ad hoc phialis aureis duabus, tum caduceo aureo & hoc, neque non cynocephalis argenteis, atque id genus alijs, omnia apud Syrum depoſuerat.* [b] Aelianus item in eandem ſententiam infit: Ὅτι ἐκ τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος ςεφάνου πέταλον χρυσοῦν ἐκ- b lib. 5. Var hiſt. cap. 16.

πεσὸν ἀνείλετο παιδίον, οὐ μὴν ἔλαθεν. οἱ οὖν δικασταὶ παίγνια, καὶ ἀστραγάλους πρὸ ὔθηκαν τῷ παιδὶ, καὶ τὸ πέταλον. ὁ δὲ καὶ αὖθις ἐπὶ τὸν χρυσὸν κατηνέχθη, καὶ διὰ ταῦτα ἀπέκτειναν. αὐτὸν ὡς θεοσύλην οὐ δόντες συγγνώμην τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τιμωρησάμενοι διὰ τὴν πρᾶξιν. hoc eſt: *Quod puer auream laminam, quæ ex Dianæ corona deciderat, ſuſtuliſſet, non latuit. Iudices igitur crepundia talos & laminam auream propoſuerunt puero, qui quum iterum ad aurum ſe contuliſſet, plexus eſt velut ſacrilegus, neque ætati veniam dederunt, ſed flagicium & ſcelus vindicarunt.* Sed & ſacrilegus ille tyrannus Dionyſius, poſt victoriam Græcia potitus, vt ait poſt [c] Ciceronem, & [d] Valerium [e] Lactantius, Ioui Olympio veſtimentum aureum non quidem lacerum, ſed integrum ſurripuit, & laneum imponi iuſſit, cauſatus aureum æſtate graue, hyeme frigidum nimis eſſe, laneum vtrique tempori aptum. Idem auream barbam detrahens Aeſculapio, incongruens eſſe ait, quum Apollo pater eius imberbis eſſet adhuc, filium patre ſeniorem videri. Idemque pateras & alia multa donaria templis eripuit. [f] Athenæus pariter de ſtatua Cantori Cleoni publice Thebis poſita ſic inquit.

c 2. de Diuinat.
d lib. 2. cap. 2.
e de orig. error. cap. 4.
f lib. 1. cap. 16.

Ἐν δὲ Θήβαις, Πινδάρου μὲν οὐκ ἔστιν εἰκὼν, Κλέωνος δὲ

τοῦ

τῦ ᾠδῦ ἐφ' ἧς ἐπιγέγραπται
Πυθέα υἱὸς ὁ δ' ἐστὶ Κλέων Θηβαῖος ἀοιδὸς,
Ὃς πλείςους θνητῶν ἀμφέθετο ςεφάνους,
Κρατὸς ἐπὶ σφετέρης, καὶ οἱ κλέος οὐρανόμηκες.
Χαῖρε Κλέων, Θῆβας πατρίδ' ἐπικλείσας.
Ὑπὸ τοῦτον τὸν ἀνδριάντα ὅτε Ἀλέξανδρος τὰς Θῆβας κατέσκαπτε, φησὶ Πολέμων φεύγοντα, τινὰ χρυσίον εἰς τὸ ἱμάτιον κοῖλον ὂν ἐνθέσθαι, καὶ συνοικιζομένης τῆς πόλεως, ἐπανελθόντα εὑρεῖν τὸ χρυσίον μετὰ ἔτι τριάκοντα. hoc eſt: *Thebis nulla eſt imago Pindari, vbi viſitur Cantoris Cleonis ſimulachrum adſcriptis his verſibus:*

„ Iſte Cleon Thebanus erat, Pythea patre natus:
„ Et Cantor: cuius crebra corona caput
„ Præcinxit: ſummũ nunc gloria tãgit Olympũ:
„ Salue Cleon, Thebas nobilitas patriam.

Penes eius imaginem, vel ad eius imaginem quum Alexander Thebas dirueret, quendam Polemon ait aufugiturum, aurum quod habebat, in pallij cauo abdidiſſe, & annis poſt triginta quum inſtauraretur ciuitas, reuerſum, offendiſſe vbi occuluerat. Cauum autem pallii, ſeu caua veſtis, eſt ſinus, quem amiculum poderes ad ſtatuæ pedes collectum faciebat, vt opinatur eruditiſſimus [g] Cauſabonus ad Athenæum. Nos tamen ſinum pallii ad ſtatuæ pectus, aut cubitum putamus, vt in

g lib. 1. cap. 17.

antiquis ſtatuis videre licet; nam ſinus ad pedem ſtatuæ quum oculis aſpicientium nimis pateat, ineptus fortaſſe fuerit auro occultando. Cæterum ſi lacera veſtis fuiſſet ſtatuæ Cleonis, quomodo aurum tamdiu continere potuiſſet? metallum enim grauiſſimum tot annorum ſpacio veſtem laceram pondere ſuo dilanians exiuiſſet e latebris; quum præſertim non exiguum fuiſſe illud aurum probabile ſit, de quo tam celebris hiſtoria meminit: ſed & antequam decideret e centunculis aurum, male in lacera veſte potuiſſet occultari, vibrantibus ex auro radiis pellucidis. Quare veſtis illa ſtatuæ non lanea, ſed lignea, vel ænea, lapideaue fuit, ex eadem materia confiɑa, ex qua ſtatua fuit efformata; proindeque occulendo diuque continendo auro aptiſſima. Sed hac de re ſatis. Nos ergo pace viri Clariſſimi de bona Securi manubrium non auferemus, qui vetuſtiorum autorum ſcripta conſueuimus illibata interpretari, non vlla ex parte mutare, aut mutilare.

Quarta

Quarta Mureti ſententia, tribuens Idyllium Securis Simmiæ Thebano. *Cap. VIII.*

MArcus Antonius Muretus, vir æuo ſuperiore celeberrimus inter eruditos, quum Ariſtotelis librum de arte Rhetorica Romæ cœpiſſet interpretari,[h] Orationem habuit, in qua meminit huius poematii Securis, & Epigrammatis Aræ Lemniæ dudum a[i] nobis explicatæ, in hæc verba. *Nunc dicamus de eo, quod quarto loco poſuimus, & videamus ecquid certo conſtituere poſſimus hos libros Ariſtotelis eſſe: Ne quis autem hoc fruſtra quæri exiſtimet, ſciat, veterem hunc errorem eſſe, vt claris ſcriptoribus multa tribuantur, quæ ab eis ſcripta non ſunt: ſic quædam Moſchi & Bionis Theocrito Vulgus adſcribit: ſic Ara eius putatur eſſe; quum ex Luciano conſtet eam eſſe Doſithei, & Securis, quam Hephæſtio Simmiæ Thebano tribuit.* Hæc ille.

[h] Vol. 2. orat. 7.

[i] Encyclop. ad AramDoſiad.

Expen-

Expenditur allata opinio, probando Securis poema non eſſe Simmiæ Thebani, ſed Rhodij.

Caput IX.

NOs autem, qui pridem in Ara Doſiadæ nouimus ab eximio viro non bene citari Lucianum de Ara Doſithei; quum de hac Ara nullibi tractet, ſed ſolum agat in Lexiphane de Ara Doſiadæ; nunc etiam obſeruamus Muretum fefelliſſe in adducenda ſententia Hephæſtionis; quoniam Hephæſtio poematium Securis attribuit Simmiæ Rhodio, non vlli Thebano; verba ſunt Hephæſtionis in Enchyridio ſuo de metris ipſiſſima: Πρὸ γὰρ αὐτᾶ Σιμμίας ὁ Ρόδιος ἐχρήσατο ἐν τῷ Πελέκει. Ανδροθέα δῶρον ὁ Φωκεὺς κρατερὰς μηδοσύνας ἦρα τίνων, Αθάνᾳ hoc eſt:

ante ipsũ enim Simmias Rhodius vſus eſt in Securi, Androtheæ donum Phocenſis, robuſtiſsimi inuenti gratiam referens, Mineruæ.

k lib. 2. Sed & Diogenes[k] Laertius Thebanum Simmiam dicit ſolum dialogos conſcripſiſſe; qui vno volumine proſtabant numero viginti tres; quod notat etiam Volaterranus in Anthropologia; quum Idyllium Securis dialogi natu-

naturam non ſapiat. Deinde Simmias Thebanus, vt ait in Phædro Plato, diſcipulus fuit Socratis, a quo fortaſſis, vt etiam Plato ſemper interrogationibus reſponſiones obſtetricante, dialogos condere didicit; & vixit circa nonageſimam olympiadem; quũ Simmias Rhodius eo fuerit multo vetuſtior, fere ante Olympiadum inſtitutionem natus poſt excidium Troiæ quadringentis ſex annis; Troia enim capta legitur quadringentis & octo annis ante Olympiades. Deinceps autem Simmias Thebanus a Simmia Rhodio diuerſus eſſe ſcribitur a Suida, qui Philoſophum illum ait ſcripſiſſe longe diuerſa ab his, quæ ſcripſit Simmias Rhodius; quem Grammaticum cognominat. Lilius etiam [l] Gyraldus contexens hiſtoriam poetarum, Simmiam Thebanum Philoſophum & Rhetorem, de quo [m] Plato & [n] Plutarchus, & [o] Laertius, & Suidas, contra diſtinguit a Simmia Rhodio poeta, & Grammatico; quem genere Samium facit, Rhodium incolatu ſolo cognoſcens. Fuit autem præter hos tertius Simmias Athenienſis, accuſator Periclis, qui vixit vna cum Pericle Zenonis Eleatis auditore circa ſexageſimam Olympiadem multo poſt Rhodium, & multo ante Simmiam Thebanum:

l dial. 3.

m in Phędr.

n lib. de deo Socr.

o lib. 2.

banum: de quo Simmia, Periclis hoſte & accuſatore, Plutarchus meminit in Pericle, nec non vbi tradit præcepta gerendæ Reipublicæ. Non ergo recte Muretus Idyllium Securis Epei retulit in autorem Simmiam Thebanum.

Quinta ſententia Iſidori, & viri clariſsimi dicentis hoc poematium eſſe Theocriti, & non eſſe vere Securim, ſed Bipennem vtrinque acutam.

Cap. X.

CAeterum Iſidorus, & vir clariſſimus agens de hoc antiquo poematio, cuius encyclopædiam teximus, ipſum non Simmiæ Rhodio, ſed Theocrito Syracuſio tribuit autori; & non Securis, ſed Bipennis vtrinque acutæ vocabulo nuncupandum exiſtimat in hæc verba: *Non enim illa eſt Securis, quam Theocritus olim deſignauit; ſed Bipennis vtrinque acuta;* quæ ſententia videtur [p] Iſidori autoritate communiri, apud quem ita legimus: *Securis vocatur, eo quod ea arbores ſuccidantur, quaſi ſuccuris. Item Securis quaſi ſemicuris: ex vna enim parte acuta eſt, ex altera foſſoria. Hæc & apud Veteres penna vocabatur, vtramque autem habens*

p lib. 19. orig. cap. 19.

aciem

aciem bipennis; nam bipennis dicitur, quod ex vtraque parte habet acutam aciem, quaſi duas pennas. Pennum autem antiqui acutum dicebant, vnde & auium pennæ, quia acutæ. & ecce nomen quod reſeruauit antiquitatem, quia veteres dicebant pennas non pinnas, Hæc & dolabra, quod habeat duo labra; nam Securis ſimplex eſt. dextralis dextra habilis.

Expenditur allata opinio probando propoſitum Idyllium eſſe genuinum opus Simmiæ Rhodij, & propriè nuncupari Securim.

Caput XI.

Porro duo placita viri præclari nuper allata nobis collaudari nequeunt. In primis enim recipere non valemus antiquum hoc poemation, tractans dedicationem Bipennis Epei, referendum eſſe in autorem Theocritum Syracuſanum, duplici ratione; prima quidem, quoniam vetus illius opifex in carmine manubrii ſe Rhodi habitatorem confitetur, inquit enim citatis verbis: Τὸν Βίων κλυτοῖσιν ἧρχε θεοῖσιν ὅς εὗρε, Ῥόδοι γεγαώς, πολὺ τροπαιμένος πόντρα μολπαῖς hoc eſt:

Quam Bron inclytis cecinit Dijs, qui reperit, Rhodi

quum eſſet, multiplicia ſolus metra carminis. modo Theocritus fuit Italus, Siculus, Syracuſius; non autem Græcus, nec Rhodius aut origine, aut incolatu; nuſquam enim legimus eum Rhodi fuiſſe, vel habitaſſe. Altera vero, quia priſcus Hephæſtio celebris Grammaticus inter antiquos citans primum carmen huius epigrammatis in ſuo Enchyridio de metris & poematibus, eius autorem teſtatur eſſe Simmiam Rhodium his plane verbis: πρὸ γὰρ αὐτοῦ Σιμμίας ὁ Ῥόδιος ἐχρήσατο ἐν τῷ Πελέκει.

Ἀνδροθέα δῶρον ὁ Φωκεὺς, κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίνων, Ἀθάνα.

hoc eſt:

Ante ipſum enim Simmias Rhodius vſus eſt Securi,
Androtheæ donum Phocenſis, robuſtiſſimi inuenti
gratiam referens, Mineruæ.

Sic ergo conſtat hoc poema Bipennis Epei non eſſe genuinum Theocriti Syracuſii, ſed verum opus Simmiæ Rhodii. Deinde vero longe minus aſſentire valemus Iſidoro, inſigni viro, dicenti poematium hoc non eſſe Securim, ſed Bipennem vtrinque acutam, multo pluribus de cauſis; primo ſiquidem eius autor ipſum Græco vocabulo nuncupat in ſecundo verſiculo nomine πελέκεως, his notis: ὤπας Ἐπειὸς

πέλε-

πέλεκυν, ᾧ πόκα πύργων θεοτεύκτων κατέρειπεν αἶ-
πος. hoc eſt:

Donauit Epeus Securum, qua quondam turrium a
Dÿs extructarum distur baùit verticem.

eodemque nomine πελέκεως idem poematium nuncupatum eſt ab Hephæſtione, vt nuper vidimus, & ab antiquo huius Idyllii Scholiaſte Græco: cæterum πέλεκυς Græcorum latine proprie vertitur *Securis*, vt conſtat tum ex omnibus vtramque linguam callentibus; tum ex Boethio, & Argyropylo græce latineque periſſimis, qui non vno in loco q Ariſtotelis πελέκεως mentionem habentis verterunt ſemper πέλεκυν, *Securim*. Deinde Feſti, & clari Salmaſii pariter obſeruatu Securis Varroni apud Nonium dicitur Bipennis, & in Parmenone legitur: *Ferens ferream humero Bipennem Securim*, vt Bipennis adiectiuum ſit, quod vocant nomen, & epitheton Securis. Deinceps nomen Securis eſt genericum, & commune ad bipennem, & ad vnipennem, quæ ſunt duæ ſpecies Securis. nam omnis bipennis eſt Securis, licet non omnis Securis ſit bipennis; vt omne bipes eſt animal, etſi non omne animal ſit bipes. Non ergo negandum eſt Epei bipennem eſſe Securim. Prætęrea Securis non aliunde dicitur,

q 2. de ani. t. 8. 10.

r loco cit. quam ab operatione Secandi; quæ[r] finis eſt il-
lius inſtrumenti, vt ait Ariſtoteles; cui iuſtum
ſ 2.de an. t.49. eſt omnia determinare a [ſ] fine; quum igitur
vnipennis ex vno tantum latere ſit acuta, &
idcirco ex vno tantum latere ſecare valeat;
bipennis autem vtrinque ſit acuta, & ex vtro-
que latere ſecet; proculdubio Bipennis om-
nis eſt Securis, & magis Securis, quam vni-
t 2.de an. t.8.10. pennis. Vlterius apud eundem [t] Ariſtotelem
vt finis proprius Securis eſt inciſio, ſeu actio ſe-
candi; ſic eiuſdem inſtrumenti forma eſſen-
u 2.Phyſ. t.28. tialis eſt acies, acumenue: quum autem [u] for-
ma definiatur eſſe ratio ipſius quod quid erat
x 2.de an. t.37. eſſe; proindeque principium quod tribuit [x] eſ-
ſe rei; quomodo Bipennem, quæ dicitur ab
egregio viro eſſe vtrinque acuta, & negari non
poteſt quin ſecare valeat, inficias iuit idem
vir eximius eſſe Securim? quum igitur hoc Sim-
miæ poematium referat imaginem Bipennis
vtrinque acutæ, ac vtrinque ſecare valentis; &
ab autore ſuo, & ab Hephæſtione, atque ab an-
tiquo Scholiaſte dicatur græco nomine πέλε-
κυς, quod paſſim ab omnibus claſſicis interpre-
tibus latine vertitur Securis; iam proprie Secu-
ris eſt, & appellatur. Poſterius autem poema-
tium hoc Simmiæ vnanimes appellant Secu-

rim

rim eruditiſſimi viri Ioannes Auratus, Gulielmus Canterus, Claudius Auberius, Scaliger vterque, Marcus Antonius Muretus, Henricus Stephanus, & Claudius Salmaſius. Inſuper in [y] Onomaſtico ſuo Iulius Pollux, dum armorum nomina recenſet, memorat Securem ancipitem, & altera tantum parte ſecantem, in hæc verba: πέλεκυς ἀμφίστομος ἑτερόστομος; quæ vertenda ſunt, non quidem, vt facit Gualtherus, *Bipennis Securis anceps*: tum quia nihil differt bipennis ab ancipiti Securi; tum quia ἑτερόστομος nec bipennis eſt, nec anceps: ſed ita, *Securis bipennis & vnipennis*, ſiue, *Securis vtrinque acuta, & ex altera tantum parte acuta*; quibus verbis refert inter arma Pollux duas ſpecies Securis; ancipitem, quæ bipennis eſt; & ex altera tantum parte acutam, quæ vt nomine generis vulgo nuncupatur Securis; ita nomine proprio dici poteſt vnipennis. Vlterius inuentricem Securis celebrat [z] Plinius Pentheſileam reginam Amazonum; quas Virgilius & Cointhus Smyrnæus armatas referunt Securi bipenni. Cointhus quidem, qui & Q. Calaber appellatur, in ſuis [a] Paralipomenis inquiens de Pentheſilea.

y lib. 1. cap. 10.

z lib. 7. cap. 56.

a lib. 6.

Δοιοὺς εἵλετ' ἄκοντας ὑπ' ἀσπίδα δεξιτέρη δὲ

Ἀμφί-

Αμφίτυπον βουπλῆγα, τὸν οἱ Ερις ὤπασε δεινὴ,
Θυμβόρε πολέμοιο πελώριον ἔμμεναι ἄλκαρ.

& mox de eadem Pentheſilea ab Achille vulnerata infit:

Ε'κ δ' ἔβαλεν χειρὸς πέλεκυν μέγαν.

hoc eſt:

Duo ſumpſit iacula ſub ſcuto: dextera uero
Vtrinque incidentem Securim, quam trux Contentio ei dederat,
Vt ingens exitioſi belli præſidium foret.
Ex manu autem dimiſit Securim magnam &c.

Virgilius autem loquens de Camilla, & ſociis Amazonibus, dum eam Bipenni armatam educit in pugnam, in qua dicit eodem contextu verborum eam Orſilochum interficere Securi, pro eodem accipit Bipennem, atque Securim.

b 11. Aeneit. Carmina[b] Virgilii ſunt.

At medias inter cædes exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnæ, pharetrata Camilla:
Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſat,
Nunc validam dextra rapit indefeſſa Bipennem
Aureus ex humero ſonat arcus, & arma Dianæ.
Illa etiam, ſi quando in tergum pulſa receſſit
Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu.
At circum lectæ comites, Larinaque virgo,
Tullaque, & æratam quatiens Tarpeia Securim,

Itali-

Italides, quas ipſa decus ſibi dia Camilla
Delegit, paciſque bonas, bellique miniſtras.
Quales Threiciæ quum flumina Thermodoontis
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis.
Seu circum Hippolyten, ſeu quum ſe Martia curru
Pentheſilea refert, magnoque vlulante tumultu
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum, quem poſtremum aſpera virgo
Deijcis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Eumenium Clytio primum patre, cuius apertum
Aduerſi longa tranſuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens riuos cadit, atque cruentam
Mandit humũ, morienſque ſuo ſe in vulnere verſat.
Tum Lirin, Pegaſumque ſuper; quorũ alter habenas
Suffoſſo reuolutus equo dum colligit, alter
Dum ſubit, ac dextram labenti tendit inertem,
Præcipites pariterque ruunt. his addit Amaſtrum
Hippotaden: ſequiturque incumbens eminus haſta
Tereaque, Harpalycũque, & Demophoonta, Chromimque:
Quotque emiſſa manu contorſit ſpicula virgo,
Tot Phrygij cecidere viri. Procul Orphitus armis
Ignotis, & equo venator Iapyge fertur;
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit; caput ingens oris hiatus
Et malæ texere lupi cum dentibus albis.

Agre-

Agreſtiſque manus armat ſparus; ipſe cateruis
Vertitur in medijs, & toto vertice ſupra eſt.
Hunc illa exceptum (neque enim labor agmine verſo)
Traijcit; & ſuper hæc inimico pectore fatur.
Syluis te Tyrrhene feras agitare putaſti?
Aduenit qui veſtra dies muliebribus armis
Verba redargueret: nomen tamen haud leue patrum
Manibus hoc referes telo cecidiſſe Camillæ.
Protinus Orſilochũ, & Buten; duo maxima Teucrũ
Corpora, ſed Buten aduerſum cuſpide figit
Loricam galeamque inter, qua colla ſedentis
Lucent, & læuo dependet parma lacerto.
Orſilochum fugiens, magnumque agitata per orbem
Eludit gyro interior, ſequiturque ſequentem.
Tum validam perque arma viro perque oſſa Securim
Altior inſurgens, oranti & multa precanti
Congeminat, vulnuſque rigat calido ora cerebro.

Virgilius itaque in vna & eadem pugna Camillam eandem inducens Bipenni armatam, Securi percuſſiſſe ac occidiſſe Teucrum Orſilochum; aperte noſtram ſententiam communit, qui Bipennem diximus eſſe Securim. Virgilio conſentit Plutarchus in quæſtionibus Græcis, Xilandri verſione πέλεκυν Amazonum eandem promiſcue Securim & Bipennem appellans, ait enim Plutarchus: Διὰ τοῦ Λαβραδέως

Διὸς

Διὸς ἐν Καρίᾳ τὸ ἄγαλμα πέλεκυν, οὐχὶ δὲ σκῆπτρον ἢ κεραυνὸν πεποίηται; ὅτι ἡρακλῆς Ἱππολύτην ἀποκτείνας, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ὅπλων αὐτῆς λαβὼν τὸν πέλεκυν Ὀμφάλῃ δῶρον δέδωκεν. τῶν δὲ μετ᾽ Ὀμφάλην Λυδῶν βασιλεῖς ἐφόρουν αὐτὸν ὥς τι τῶν ἄλλων ἱερῶν ἐκ διαδοχῆς παραλαμβάνοντες. ἄχρι Κανδαύλης ἀπαξιώσας, ἑνὶ τῶν ἑταίρων φορεῖν ἔδωκεν. ἐπεὶ δὲ Γύγης ἀποστὰς ἐπολέμει πρὸς αὐτὸν ἦλθεν Ἄρσηλις ἐκ Μυλέων ἐπίκουρος τῷ Γύγῃ μετὰ δυνάμεως, καὶ τόν τε Κανδαύλην καὶ τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ διαφθείρει. καὶ τὸν πέλεκυν εἰς Καρίαν ἐκόμισε μετὰ τῶν ἄλλων λαφύρων. καὶ Διὸς ἄγαλμα κατασκευάσαι τὸν πέλεκυν ἐγχείρισε, καὶ Λαβραδέα τὸν θεὸν προσηγόρευσε. Λυδοὶ γὰρ λάβρυν τὸν πέλεκυν ὀνομάζουσι. hoc eſt, vt vertit Xilander: *Cur Iouis Labradenſis in Caria ſimulachrum, non ſceptrum aut fulmen, ſed Securim elatam tenet? Hercules Hippolytam quum necaſſet, inter alia arma Securim quoque eius captam Omphale dono dedit. Lydorum poſt Omphalen reges eam geſtauerunt, & vnam de alijs rebus ſacris, ſucceſſorique itidem tradita fuit; donec Candaules dedignatus, cuidam ſociorum ferendam eam dedit. Poſtquam vero Gyges defectione inita Candaulæ bellum intulit, venit a Mylaſſenſibus Arſelis auxiliares Gygi copias adducens: interfecitque & Candaulen & ſocium, bipennemque in Cariam inter alia ſpolia pertulit, Iouiſ-*

que adornato ſimulachro, eam iſti in manum aptauit Labradeumque nominauit Iouem. Labrum enim Lydi vocant, quod Latini Securim. Vnde conſtat non ſolum bipennem eſſe Securim; ſed etiam Securi, Deo dedicatæ, manubrium ineſſe, contra Salmaſium; quomodo enim Iouis ſimulachro vice ſceptri aut fulminis aptari potuiſſet in manu Securis abſque manubrio? Amazones, quas Virgilius appellauit Bipenni armatas, Ouidius appellat puellas Securigeras; nam inducit Phædram Hippolyto priuigno filio Amazonis Hippolytæ talia [c] ſcribentem:

[c] in Heroidib.

Prima Securigeras inter virtute puellas
Te peperit, nati digna fauore parens.

adeoque Naſo non diſtinguit Bipennem a Securi. Apud I. Blancanum in Chronologia Mathematicorum noui ſemiſeculi legitur: *Patrocles fuit inuentor* πελεκίνε, *id eſt bipennis, quod genus horologij ſolaris erat figuram bipennis referens*. Vnde conſtat nomen πελέκεως promiſcue verti in vocem Securis & bipennis. Quin & Homerus, [d] apud quem Nympha Calypſo tribuit Vlyſſi ab fabricandum ſibi nauigium Securim vtrinque acutam πέλεκυν ἀμφοτέρωθεν, refragatur erudito viro his metris:

[d] 5. Odyſ.

Καὶ τότ' Ὀδυσσῆϊ μεγαλήτορι μήδετο πομπήν.

Δῶκε

Δῶκε μέν οἱ πέλεκυν μέγαν, ἄρμενον ἐν παλάμῃσι
Χάλκεον, ἀμφοτέρωθεν ἀκαχμένον. αὐτὰρ ἐν αὐτῷ
Στειλείον περικαλλὲς, ἐλάϊνον, εὖ ἐναρηρός.

hoc eſt:

Et tum tandem Vlyßi magnanimo apparabat profectionem,
Dedit quidem ei Securim magnã habilem in manus
Aeream, vtrinque acuminatam: cæterum in ipſa
Manubrium perpulchrum, oleaginum, fabrefactũ.

& certè talem fuiſſe Securim Epei fabri lignarii, qua Durium equum in Troianorum excidium fabricauit, nemo non dixerit; & quam hoc Idyllio conſecrauit Simmias epigrammati ſuo nomen & figuram Securis vtrinque acutæ tribuens, miro artificio, vt inter technometra principem locum obtineat, probabile ſatis eſt: ac proinde Simmiæ poematium hoc, Epei Securis figuram continens, eiuſdemque conſecrationem concinens, πελέκεως nomine donatum, vere ac bene Securim latine dici. Non eſt ergo viro docto ſuſcribendum aſſerenti Bipennem non eſſe Securim, & vetus Idyllium quod πέλεκυς Epei dicitur eſſe bipennem vtrinque acutam, non autem vere Securim. Et eo magis, quod hoc placitum viri præſtantis, tum Paroemiographus, Græce latineque mire peri-

tus conuellit inquiens: *Tenedia bipennis.* Τενέδιος πέλεκυς. *id eſt Tenedia Securis.* aperte ſiquidem conſtituit Bipennem eſſe Securim: tum Quintilianus euertit apertiſſime ſtatuens Securim vtrinque acutam dici bipennem a pinno, quod veteribus dicebatur acutum: ait etenim ipſiſsimis verbis peritiſsimus ille latinę linguæ: *Quare diſcat puer quid in literis proprium, quid commune, quæ cum quibus cognatio, nec miretur cur ex ſcamno fiat ſcabellum, aut a pinna quod acutum eſt, Securis vtrinque habens aciem Bipennis, ne illorum ſequatur errorem, qui quia a pennis duabus hoc eſſe nomen exiſtimant, pinnas auium dici volunt.* Vult igitur Quintilianus, vt a Scamno deriuatur ſcabellum, ita prorſus a pinna denominari bipennem Securim illam, quæ eſt vtrinque acuta; quia veteres acutum vocabant pinnum; maleque a nonnullis pinnas auium dici, a quibus per errorem deducunt nomen Bipennis. Quintilianus itaque Bipenni Securi ſua vtrinque acuta proſcindit ſententiam eruditi viri negantis bipennem vtrinque acutam eſſe Securim. Iſidori vero ſententiam quum aperte proſcindat Quintilianus hoc in loco, longe magis & latinæ locutionis & antiquæ eruditionis peritior quã Iſidorus, non eſt vt ea ſuam

com-

communiat vir eximius. Securis itaque tum bipennis eſt, tum etiam vnipennis, vt huic adeo manifeſtæ veritati contradicere ſit idem ac reclamante Pythagora loqui aduerſus Solem. Non eſt ergo Iſidoro viro præſtanti ſubſcribendum, aſſerenti bipennem non eſſe Securim, & vetus Idyllium, quod πέλεκυς Epei dicitur, eſſe bipennem vtrinque acutam, non autem vere Securim.

Noſtra explicatio huius poematij, nomine, figuraque Securis, affertur ex rei natura, & ex antiquiorum autorum monumentis.

Caput XII.

Quum igitur ex aliis recentioris æui ſcriptoribus plenam huius epigrammatis intelligentiam nobis comparare non potuerimus: Age nunc experiamur an ipſius explicationem ex rei natura, & ex antiquorum monumentis haurire valeamus. Qua quidem in re nos denique difficilem hanc prouinciam aggredientes, præmittimus, argumentum huius poematii, reclamante nemine nihil aliud eſſe niſi dedicationem conſecrationemque Securis ancipitis, qua dudum Epeus

Panopęi filius in exercitu Græcorum, Troiam obſidione vexantium, ligneum Equum Troianis fatalem fabricauit. A quo argumento poeta vetus, Simmias Rhodius, huic Idyllio ſuo figuram Securis ancipitis indidit, & nomen Securis ab argumento ſimul, atque a figura voluit imponere. Nuncupatur igitur poematium hoc nomine Securis; tum quia tractat dedicationem Securis ab Epeo factam Deæ Mineruæ, artium præſidi, ac ſuæ tutelari; tum quia formatum eſt ea verſuum compoſitione, quæ Securis ancipitis imaginem oculis aſpicientium mirifice repræſentat: Quæ Bipennis eſt arcuatis vtrinque pinnis iunctis in centro ſuo manubrio recto; a quo pinnarum curuore e Virgilus olim ſacris poſtibus ædium Latini regis ſuſpenſas cum aliis armis, ac ſpoliis hoſtium, antiquas Secures appellauit curuas, his metris, f antea quoque relatis apud inclytum Salmaſium.

e 7. Aeneid.

f cap. 7.

Multaque præterea ſacris in poſtibus arma,
Captiui pendent currus, curuæque Secures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque roſtra carinis.

Autor huius epigrammatis a ſuo Græco Scholiaſte & ab Hephæſtione antiquo Grammati-

co dicitur fuiſſe Simmias Rhodius, quem [g] Gyraldus Rhodium incolatu, at origine Samium eſſe conſtituit in ſua poetarum hiſtoria; quod & [h] Strabo ſatis indicare videtur. Quanquam vero eiuſdem poematii conditorem eſſe voluerint alii Theocritum Syracuſium, alii Bionem quendam, & alii Binonem; Nos tamen Græci Scholiaſtis, & antiqui Grammatici Hephæſtionis teſtimonium præferendum arbitramur omnium recentiorum placitis; nam Ariſtoteles priſcos ait eſſe fide digniſſimos teſtes de rebus præteritis, & iunioribus in fide facienda longe anteponendos. Verum de genuino Securis huius poeticæ autore latius nuper egimus, & infra commodiori loco rurſum pertractabimus. Securis hæc non vnipennis, ſed bipennis eſt, cum vtriſque pinnis habens figuram orbicularem, ſeu aciem arcuatam, & ſemicircularem, quarum cornua, ſiue potius apices vtrinque ſpectant rectum manubrium in earum medio productum longiori ductu. Curuitas autem verſuum pinnarum non ſolum indicat & format imaginem Securis, ſed maxime lectoribus indigitat oſtenditque clare normam legendi carmina poematii hactenus inuſitatam; qui quidem modus legendi eſt

circu-

g dial. 3.

h lib. 14.

circularis, nimirum incipiendo à ſummitate carminis exterioris pinnæ ſiniſtræ, progrediendo in gyrum ad infimam partem extremi metri pinnæ dextræ, indeque rurſus aſcendendo ad apicem ſecundi verſus alæ ſiniſtræ, ac ita deinceps veluti cochleam efformando: Manubrii caput apexue incipit ab eadem ſuperficie, vnde ſuum habent terminum duo pinnarum verſiculi interiores omnium breuiſſimi; ſed finis eiuſdem manubrii, quod eſt carmen omnium longiſſimum, definit multo infrà totum corpus pinnarum, hoc modo,

Σιμμίε Τοῦ Ῥοδίε Πέλεκυς.

Ἀνδροθέᾳ δῶρον ὁ Φωκεὺς κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίνων Ἀθαίνᾳ
Τᾶμος ἐπεὶ τὰν ἱερὰν κηρὶ πυρίπνῳ πόλιν ἠθάλωσεν
Οὐκ ἐνάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοισι Ἀχαιῶν
Νῦν δ' ἐς Ὁμήρειον ἔβα κέλευθον
Τρισμάκαρ ὃν σὺ θυμῷ
Τὸν ὄλβον

Τὸν Βίων κλυτοῖς ἦσε θεοῖς, ὅς εὗρε Ῥοδοῖ γεγαὼς πολύτροπα Μῶσος Μέτρα Μολπᾶς.

Ὡπας Ἐπειὸς πέλεκυν ᾧ ποκα πύργων θεοτεύκτων κατέρειπεν αἶπος
Δαρδανιδᾶν δ' ἐσυφέλιξ ἐκ θεμέθλων ἄνακτας
Ἀλλ' ἀπὸ κρανᾶν καθαρὸν νῶμα κόμιζε δυσκλεής
Σὰν χάριν, ἁγνὰ ὦ πολύβουλε Παλλάς
Ἵλαος ἀμφιδέρχθῆς
Ἀεὶ πνέει.

Quam quidem Securim Auberius ſiue a ſeipſo ſiue a quouis alio latine redditam ita proponit:

SIMMIAE RHODII SECVRIS.

Dedit Epeus Securim, qua quondã turrium a Diis extructarũ diſturbauit verticem

Ac dardanidarum funditus euertit Reges

Sed a fontibus purum liquorem importabat inglorius;

Quæ tua eſt gratia, caſta o multi conſilij Pallas,

Propitia circumſpexeris:

Semper redolet.

Fortiſsimæ Deæ dono Phocenſis (robuſtiſsimi inuenti gratiam referens) Mineruæ

Tunc quum ſacram fato ignifero vrbem concremauit

Nondũ numeratus inter principes propugnatores Achiuorũ:

Nunc vero Homericam ingreſſus eſt viam:

Ter beatus quem tu omnino

Hic felicitalem

Quam Bion inclytis cecinit Dijs, qui reperit Rhodi quum eſſet multiplicia ſolus metra carminis;

Lectionis modus eſt, vt exordientes a longiori ſiniſtræ pinnæ verſu ad longiorem dexteræ pergamus; & ita deinceps vnicuique metro ſiniſtrę pinnę ſubtexamus ſuum compar dexteræ, gradatim procedendo ſemper a longiori metrorum ordine ad breuiorem, & circularem lectionem efformantes, a periferia aciei Securis ſenſim tendamus ad centrum pinnarum, vbi manubrium inſeritur, quod vltimo verſu continetur. Inſinuauit autem hac diſpoſitione verſuum Securis poeta tres Antiquorum ſcribendi modos, qui ſoli nunc etiam ſunt in vſu, de quibus apud Gyraldum in [i] hiſtoria poetarum, & apud Pogium agentem de [k] fortunæ varietate. Lilius etenim ſic ait: *Aegyptij literas a dextra in ſiniſtram ducebant Hebræorum more, quem & plerique alij ſeruant; quum nos Latini & Græci a ſiniſtra in dextram ſcribere conſueuerimus. Scribit Sextus Pompeius, ταpocon appellarunt Græci, genus ſcribendi ſiniſtrorſum verſus, vt nunc dextrorſum verſus ſcribimus.* De Indis agens Pogius, his verbis alium ab his ſcribendi modum deſcribit. ***Cæteri omnes***, inquit, ***Indi in arborum folijs ſcribunt, ex quibus codices conficiunt admodum venuſtos, ſcribunt autem, non vt nos, aut Hebræi in latus, ſed in longum a ſummo ad imum ducentes***

i dial. I.

k lib. 4.

calamum. Id non omnium Indorum in more poſitum eſt, ac ne Indorum quidem, ſed Sinarum, quos in ſua perelleganti hiſtoria [l] Mappheius ait ad ſcribendum arctas & oblongas adhibere e læui admodum ac tenui papyro pagellas, neque verſus ab læua ad dexteram vt Græci, neque ab dextera ad læuam vt Hebræi: ſed ad imum ab ſummo perducunt, cuius generis impreſſum volumen, atque inde tranſmiſſum, Romæ in Vaticano, itemque in Laurentiana Philippi Regis bibliotheca vidiſſe ſe teſtatur. Hos omnes modos innuit in hac ſua Securi Simmias; quia primæ pinnæ metra a ſiniſtris verſus dexteras deſcendunt, ſeruantque quodammodo noſtrum & Græcorum ſcribendi ritum: ſecundæ pinnæ viciſſim carmina a dextris ad ſiniſtra aſcendunt, & Hebræorum Aegyptiorumque ſcribendi morem quadantenus æmulantur. Metrum denique manubrii ſolum recta deſcendens a ſummo ad imum, belle proponit ob oculos Indorum, ſeu Sinenſium ſcribendi morem. Præterea vero vt in Securi materiali pinnarum materia, forma, & finis, operatioque vna & eadem eſt, diſtincta a materia, forma, & vſu, operationeue manubrii: ſic in Idyllio Securis materia tractata, & figu-

l lib. 6.

ſigura, ſiniſque longe alia in pinnis eſt, alia in manubrio; quod in explicatione ſingulorum poematii verborum apparebit. Age rem hanc diligenter pertractemus.

Ανδροθέα

MASCVLAE DEAE
ſeu
VIRILI DEAE

Conueniunt omnes, & e textu compertiſſimum eſt, hic vocabulo Androtheæ Mineruam cognominari, ſed cur Minerua dicitur Androthea? nos hanc vocem non putamus vertendam cum Auberio, & vulgata lectione, *Fortiſſima Dea*; quia particula ἀνδρο- fortitudinem proprie non ſignificat, licet ad hunc ſenſum remote pertrahi poſſe videatur: ſed putauerim ego, vt latini mutuantur a Græcis nomen Andronici, Nicandri, Galatheæ, Paſitheæ, Dorotheæ, Leucotheæ; ſic abſque mutatione poſſe nos legere Androtheæ, vel ſi Latine loquẽdum ſit, vertendum eſſe, *Maſculo-Dea*: vel, *Viri-Dea*: vel, *Virili-Dea*: hoc autem cenſemus eſſe nomẽ aptiſſimum deſcribendæ Mineruæ inter cæteras Deas; quia Minerua dicta eſt ab Orpheo maſculo fœmina in hymno proprio, ſcribit enim:

Αρσην μὲν καὶ θῆλυς ἔφυς, πολεμάτοκε μῆτι.

hoc

hoc eſt: *Maſculus quidem & fœmina genita es*
bellorum ſuſceptrix prudentia.

ſcilicet in Pallade veteres vtrumque ſexum agnoſcunt, longe aliter ac in Luna, Venere, ac Hermaphroditis; quoniam Hermaphroditus dicitur compoſitus ex maſculo & fœmina ratione ſexuum, ſpectata natura corporum; ſic etiam Luna, & Venus dicitur habere naturam androgynam reſpectu generationis, vt ex Platone conſtat; apud quem Ariſtophanes in Sympoſio ſtatuit Lunæ ſobolem eſſe Androgynos, & Hermaphroditos; quorum nomen ob notam libidinis infame cenſetur: At Minerua maſculeam habet fortitudinem, virilemque prudentiam; ac fœmineam ſeu virgineam caſtitatem, & manſuetudinem; quum autem fœmineum nomen adiectum maſculeo Græcis efficiat Androgynum, vt euitaret autor hic nominis huius infamiam à Platone notatam, loco Androgynæ dicere maluit Androtheæ, quod latine vertitur Maſculo-Deæ: vel, viri-Deæ: vel, virilis-Deæ. Quum enim Mars eſſet bellorum numen totum maſculum, & furore potius quàm prudentia bella ſuſcipiat, & gerat; imo vero quum ſit numen procax, & adulterio Veneris infame: Minerua belli-

bellicam fortitudinem virilem prudentia temperans, in ea temperantia caſtitatem virgineam, qua Vulcani procacitatem eluſit, præſeferre videtur: vnde Androthea, nempe Virilis-Dea, ſeu viridea, ſeu Maſculo-Dea dicitur, non Androgyna, ſeu maſculo fœmina; maſculo-Dea bellorum ſuſceptrix, caſta prudentia, non libidinoſo furore, vt Mars; qui proinde ab ea ſuperatus, ac proſtratus effingitur ab [m] Homero talia ſcribente. [m] Iliad. 21.

Ηδ' ἀναχασσαμένη λίθον εἵλετο χειρὶ παχείη
Κείμενον ἐν πεδίῳ, μέλανα, τρηχύν τε, μέγαν τε,
Τὸν ῥ' ἄνδρες πρότεροι θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης,
Τῷ βάλε θοῦρον Αρηα κατ' αὐχένα, λῦσε δὲ γυῖα.
Επτὰ δ' ἐπέσχε πέλεθρα πεσὼν, ἐκόνισε δὲ χαίτας,
Τεύχεά τ' ἀμφαράβησε γέλασσε καὶ Παλλὰς Αθήνη
Καί οἱ ἐπευχομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Νηπύτι', οὐδέ νύ πώπερ ἐπεφράσω ὅσσον ἀρείων
Εὔχομ' ἐγὼν ἔμεναι, ὅτι μοι μένος ἀντιφερίζεις;

hoc eſt:

„ Hæc vero retro cedens lapidem accepit manu forti
„ Iacentem in campo nigrum, aſperumque, magnumque,
„ Quem viri antiquiores poſuerant, vt eſſet terminus agri;

Hoc

,, Hoc percuſſit fortem Martem iuxta collum: ſoluit autem genua
,, Septemque occupauit iugera lapſus, & puluere fœdauit crines,
,, Armaque circumſonuerunt: riſit autem Pallas Minerua,
,, Et ei gloriando inſultans verbis velocibus allocuta eſt:
,, Stulte, neque adhuc ſaltem conſideraſti quanto præſtantior
,, Glorior ego eſſe, quod mihi robur opponis?

Δῶρον

DONVM

Quæ deorum templis, vel ad honorem numinis, vel ad accepti beneficii gratiam ſuſpendebantur, Donaria veteribus appellabantur; de quibus paſſim Athenæus, atque Pauſanias, & Ariſtoteles in [a] Ethicis, vbi conſtituit Diis Donaria, Aedificationes, & ſacrificia fieri debere impenſis honorabilibus. Sed inter alia donaria ſpeciatim locum habuiſſe Secures, nos docuit aperte Plutarchus, vbi monet cur æuo ſuo Pythia non reddat oracula carmine, ſcribit enim citatis verbis. Ἐν δὲ τῷ Κορινθίῳ οἴκῳ τὸν φοίνικα θεωμένοις τὸν χαλκοῦν, ὥσπερ ἔτι λοιπός ἐστι τῶν ἀναθημάτων οἱ περὶ ῥίζαν ἐντορνευόμενοι βάτραχοι

[a] 4. Ethi. cap. 3.

καὶ

καὶ ὕδροι θαῦμα τῷ Διογενιανῷ παρεῖχον, ἀμέλει δὲ καὶ ἡμῖν. οὔτε γὰρ φοίνιξ ὡς ἑτέρα δένδρα λιμναῖόν ἐστι φυτὸν, οὔτε Κορινθίοις τί βάτραχοι προσήκουσιν, ὥς τε σύμβολον ἢ παράσημον εἶναι τῆς πόλεως. ὥσπερ ἀμέλει Σελινούντιοι ποτὲ χρυσοῦν σέλινον ἀναθεῖναι λέγονται, καὶ Τενέδιοι τὸν πέλεκυν ἀπὸ τῶν καρκίνων τῶν γινομένων περὶ τὸ καλούμενον Ἀστέριον παρ᾽ αὐτοῖς. μόνοι γὰρ ὡς ἔοικεν ἐν τῷ χελονίῳ τύπον πελέκεως ἔχουσι. hoc eſt: *Quum autem in Corinthiorum domo ſpectaremus æream palmam, quæ ſola donariorum eſt reliqua, torno inſculptæ ad radicem ranæ & hydri Diogeniano admirationem iniecerunt, atque adeo nobis quoque. Non enim palma, vt aliæ arbores, paluſtris eſt, aut aquæ amans planta, neque Corinthijs cum ranis quicquam rei eſt, vt pro nota aut ſigno eius vrbis haberi debeant. Quomodo Selinuntij quondam aureum apium (ſelinum) dedicaſſe dicuntur, & Tenedij Securim a cancris qui apud eos naſcuntur ad locum cui Aſterium nomen, ſoli in teſta formam Securis expreſſam geſtantes.* Qua de re teſtimonium & elucidationem habemus ab Ariſtotele, qui apud Suidam, vt obſeruat etiam Parœmiographus in *Tenedius Patronus*, illud addit. *In Aſterina, is eſt locus quiſpiam in Tenedo, fluuiolum eſſe, in quo cancrorum teſtis nauigiorum vtantur vice, eas ita diſſecant, vt Securis ſpeciem præ ſe ferant.*

Sed Pauſanias aliam cauſam refert dedicationis Tenedicarum Bipennium, dum in Phocicis inquit. Οἱ δὲ πελέκεις Περικλύτου τοῦ Εὐθυμάχου Τενεδίου ἀνδρὸς ἐπὶ λόγῳ ἀνάθημά εἰσιν ἀρχαίῳ. Κύκνον παῖδα εἶναι Ποσειδῶνος, καὶ βασιλεύειν φασὶν ἐν Κολώναις. αἱ δὲ ᾤκηντο ἐν τῇ γῇ τῇ Τρῳάδι αἱ Κολωναὶ κατὰ νῆσον κείμεναι Λεύκοφρυν. ἔχοντος δὲ θυγατέρα ὄνομα Ἡμιθέαν τοῦ Κύκνου, καὶ υἱὸν καλούμενον Τέννην ἐκ Προκλείας, ἣ Κλυτίου μὲν ἦν θυγάτηρ, ἀδελφὴ δὲ Καλήτορος, ὃν Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἀποθανεῖν φησιν ὑπὸ Αἴαντος, ὅτι ὑπὸ τὴν Πρωτεσιλάου ναῦν ἔφερεν ὁ Καλήτωρ τὸ πῦρ. Ταύτης οὖν προαποθανούσης, ἡ ἐπεισελθοῦσα Φιλονόμη ἡ Κραυγάσου (διήμαρτε γὰρ ἐρασθεῖσα τοῦ Τέννου) ψεύδεται πρὸς τὸν ἄνδρα ὡς αὐτὴ μὲν οὐκ ἐθέλουσα, τὸν δὲ αὐτῇ Τέννην συγγενέσθαι θελήσαντα. Καὶ ὁ Κύκνος πείθεται τῇ ἀπάτῃ, καὶ ἐς λάρνακα ἐνθέμενος ὁμοῦ τῇ ἀδελφῇ Τέννην, ἐς θάλασσαν σφᾶς ἀφίησι. Σῴζονταί τε δὴ πρὸς τὴν νῆσον οἱ παῖδες τὴν Λεύκοφρυν, καὶ ὄνομα ἡ νῆσος τὸ νῦν ἔχει ἀπὸ τοῦ Τέννου. Κύκνος δὲ (οὐ γὰρ τὸν πάντα ἔμελλε χρόνον ἀγνοήσειν ἀπατώμενος) ἔπλει παρὰ τὸν υἱόν, ἄγνοιάν τε ὁμολογήσων τὴν αὑτοῦ καὶ παραιτησόμενος τὸ ἁμάρτημα. προσορμισαμένου δὲ τῇ νήσῳ καὶ ἐξάψαντος ἀπὸ τῆς νεὼς πρός τινα ἢ πέτραν ἢ δένδρον τοὺς κάλως, Τέννης πελέκει σφᾶς ἀπέκοψεν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ. ἐπὶ τούτῳ μὲν ἐς τοὺς ἀρνουμένους στερεῶς λέγεσθαι καθέστηκεν ὡς ὁ δεῖνα ὅστις

τῷ Τενεδίῳ πελέκει τόδε τι ἀποκόψειν. hoc eſt, vt vertebat Gulielmus Xilander. At Bipennes Periclyti Euthymachi filii, Tenedii hominis donum: vetus fama dedicationis cauſam vulgauit. Cycnum aiunt Neptuni fuiſſe filium, regnaſſe eum Colonis; oppidum hoc in Troade fuit ad Leucophryn inſulam. Filiam is habuit Hemithean, & Tennem filium ex Proclea Clytii filia, Caletoris *illius germana* ſorore, quem ab Aiace in Iliade interfectum memorat Homerus, quum faces in Proteſilai nauem immitteret. Proclea mortua, alteram Cycnus vxorem duxit Philonomen, Craugaſi filiam. Ea quum in priuigni incidiſſet amorem, repulſam ægre ferens, Tennen ficta calumnia apud virum criminata eſt ſuum, quod illam inuitam & repugnantem conſtuprare conatus eſſet. Mendacio captus Cycnus, iuuenem cum ſorore in arcam incluſos in mare abiicit. incolumes illi in inſulam exponuntur; cui quum ante Leucophrys nomen fuiſſet, de Tenne poſtea nomine *Tenedos* fuit appellata. Sed fraude aliquando detecta ad filium Cycnus nauigauit, quo ſe illi purgaret, & eius, quod per crudelitatem temere commiſiſſet, facti veniam poſceret. Quum itaque ad

inſulam appuliſſet, & ad ſaxum, ſiue arboris truncum nauem religaſſet, Tennes ira impulſus, bipenni retinacula abſcidit. Ex eo in *prouerbij* conſuetudinem venit, vt quicquid quiuis præfracte negarit, id Tenedia Bipenni præcidiſſe dicatur. Licet huius prouerbii Paroemiographus aliam referat originem aſſerens: Τενέδιος πέλεκυς, id eſt Tenedia Securis, conueniet in eos qui nimium ſeuere iudicant aut puniunt, aut qui celeriter expediunt controuerſias, & litium ambiguitates: inde translatum quod ° olim rex Tenedi Securim geſtans lites audire conſueuit, cauſaque iudicata protinus eum, qui feciſſet iniuriam Securi percutere: aut quod Tenedius quidam rex legem tulit in adulteros, vt vtriuſque corpus Securi concideretur, eiuſque legis exemplum etiam in filium edidit; proinde in numiſmate iuſsiſſe inſculpi altera ex parte Securim, altera duos vultus ex eadem ceruice prominentes. Cuius rei meminit & Stephanus in vrbium catalogo. Suidas, Plutarcho & Pauſaniæ de Securium donario conſentit aſſerens: Apud Tenedios duas Secures ſuſpenſas oſtendi. Cæterum de Bipennium dedicatione aliud nos legere potuimus Ariſtotelis monumentum in admirandis p auditionibus

° Cæl. ant. lect. lib. 10. cap. 2.

p cap. 105.

nibus

nibus in hæc verba: Λέγεται δὲ περὶ τὸν ὀνομαζόμενον τῆς δαυνίας τόπον, ἱερὸν εἶναι ἀθηνᾶς ἀχαίας καλούμενον, ἐν ᾧ δὴ πελέκεις χαλκοῦς καὶ ὅπλα τοῦς Διομήδους ἑταίρων καὶ αὐτοῦ. hoc eſt: *Delubrum Palladi Achaiæ dicatum ea in regione, quam Dauniam vocant, in quo æneas Bipennes, & arma Diomedis, eiuſque ſociorum dependere ſuſpiciuntur.* Quare Simmias veriſſimilem imitationem nobis in ſuo poematio propoſuit; & mirifice decorum ſeruauit, dum inter donaria Securim celebraturus, introducit Epeum Heroa conſecrantem Mineruæ, bellorum & artium numini, Securim, qua ipſe tum faber lignarius Equum Durium dedale fabricauit; tum etiam miles hoſtilis vrbis turritos murorũ vertices diſturbauit.

Ὁ Φωκεὺς.

PHOCENSIS.

Epeus ille, qui Troianis exitialem equum ligneum architectatus eſt Securi ſua, quam Mineruæ donarium conſecrauit, genere Phocenſis fuit. Cæterum duos video fuiſſe celebratos ab Antiquioribus Epeos; alter quidem fuit genere nobilis, filius Endymionis & Lunæ, ſeu verius Aſterodiæ, Chromiæue, vt inquit in ſuis antiquis lectionibus Cœlius[q] Rhodiginus, & ante illum Pauſanias in Eliacis inquiens in hanc

q lib. 20. cap. 7.

nanc ſententiam: Τούτου τοῦ Ἐνδυμίωνος Σελήνην φασὶν ἐρασθῆναι καὶ ὡς θυγατέρες αὐτῷ γένοιντο ἐκ τῆς θεοῦ πεντήκοντα. οἱ δὲ δὴ μᾶλλόν τι εἰκότα λέγοντες, Ἐνδυμίωνι λαβόντι Ἀστεροδίαν γυναῖκα· οἱ δὲ τὴν Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος Χρομίαν, ἄλλοι δὲ Ὑπερίππην τὴν Ἀρκάδος. γενέσθαι δ' οὖν φασιν αὐτῷ Παίονα καὶ Ἐπειόν τε καὶ Αἰτωλόν, καὶ θυγατέρα ἐπ' αὐτοῖς Εὐρυκύδαν. Ἔθηκε δὲ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ δρόμου τοῖς παισὶν ἀγῶνα Ἐνδυμίων ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς. καὶ ἐνίκησε, καὶ ἔσχε τὴν βασιλείαν Ἐπειός, καὶ Ἐπειοὶ πρῶτον τότε ὧν ἦρχεν, ὠνομάσθησαν. hoc eſt: *Hunc Endymionem a Luna fabulantur adamatum; & ex ea filias quinquaginta ſuſcepiſſe: Qui vero magis veritati conſentanea loquuntur, ipſum Endymionem aiunt tres tantum genuiſſe filios, Pæonem ſcilicet, Epeum, & Aetolum, filiamque vnam Eurycyden: & hos ex Aſterodia vxore, ſiue ex Chromia Ithoni filia, Amphictyonis nepte, ſeu ex Hyperippe Arcadis filia; varia enim ſunt de eius vxoribus ſententiæ. Propoſuit autem in Olympia curſus certamen de imperio filijs ſuis Endymion: ex eo victor diſceſſit Epeus, regnoque potitus eſt, ac Epei primum qui ſub ditione eius tunc erant, appellati.* Alter vero fuit ignobilis Epeus, lixa Græcorum, vt ait Simmias, genere Phocenſis, Panopei filius, faber, vt ait in Ione Plato, & latius Pauſanias in Corinthiacis inquiens: Πυλῶ

μὲν

Digitized by Google

μὲν συμβὰν καὶ Τελαμῶνι ἐπὶ φόνῳ φεύγειν τῷ Φώκου, τῶν δὲ αὖ Φώκου παίδων περὶ τὸν Παρνασσὸν οἰκησάντων ἐν τῇ νῦν καλουμένῃ Φωκίδι. τὸ δὲ ὄνομα προϋπῆρχεν ἤδη τῇ χώρᾳ, Φώκου τοῦ Ὀρνυτίωνος γενεᾷ πρότερον ἐς αὐτὴν ἐλθόντος. ἐπὶ μὲν δὴ Φώκου τούτου περὶ Τιθορέαν τε καὶ Παρνασσὸν ἐκαλεῖτο ἡ Φωκίς. & mox: Φώκῳ δὲ Ἄσιος ὁ τὰ ἔπη ποιήσας, γενέσθαι φησὶ Πανοπέα καὶ Κρῖσον. καὶ Πανοπέως μὲν ἐγένετο Ἐπειὸς, ὁ τὸν ἵππον τὸν δούρειον (ὡς Ὅμηρος ἐποίησεν) ἐργασάμενος. Hoc eſt: *Peleus enim & Telamon ob Phoci cædem ſolum verterunt: Phoci autem filij Parnaſſum tenuerunt, eam regionem cui nunc Phocidi nomen eſt: vna tamen ante ætate hoc ei nominis eſt inditum a Phoco Ornytionis, qui coloniam illuc deduxit. Hoc ſane Phoco regnante, ea duntaxat regio Phocis eſt nuncupata, quæ eſt ad Tithoream & Parnaſſum.* & mox: *Iam Phoco Aſius poeta filios fuiſſe memoriæ prodidit Panopeum, & Criſum: E Panopeo natus eſt Epeus, qui Durateum equum fecit, vti Homerus memorat.* Duos hos Epeos in vnum confundere videtur eruditus ille Dalechampius, qui ſuis in notis ad [r] Athenæum citantem ænigma Simonidis, de quo infra, ſcribere non dubitauit, Epeum Equi Durii fabrum, & inglorium aquæ vectorem in caſtra Græcorum, fuiſſe Panopeæ & Endymionis filium, ſecundi Epei pa-

[r] lib. 10. cap. 22.

trem

trem ſubſtituens veluti matrem primi; quum Endymion Panopeam nullam habuerit vxorem; & Panopeus Epei pater legatur, non Epei mater vlla Panopea priſcos apud autores: hic ergo faber equi Duratei fuit Epeus genere Phocenſis a Panopeo Phoci filio genitus Phocidem regionem incolentis: licet, ſi Epeus nepos fuit Phoci regis, non ignobili genere dici debet.

Κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίνον

ROBVSTISSIMI INVENTI GRATIAM REFERENS.

vel:

FORTIS SOLLICITVDINIS GRATIA HONORANS.

Quoniam Epeus in templo Mineruæ ſuſpendit Securim, qua Troianis fatalem equum ligneum fabricauit, quæ machina robuſtiſſimum inuentum, & fortis ſollicitudo eſſe dicitur, quia Troiam fere inexpugnabilem euertit; & mira ſollicitudine tum Græcos expugnatores, tum etiam Troianos expugnatos torquere potuit.[f] Plinius hunc equum fuiſſe machinam bellicam exiſtimauit, quæ poſtea dicta ſit Aries. *Equum*, inquit (*qui nunc Aries appellatur*) *in muralibus machinis Epeum ad Troiam inueniſſe dicunt*. Hoc ipſum ſentiſſe clare videtur

f lib. 7. cap. 59.

detur

detur Pauſanias, qui de propoſito ſic loquitur in Atticis: *Equus etiam Durius ex ære ibi poſitus; quem machinam fuiſſe bellicam ab Epeo factam ad muros deijciendos, fateatur neceſſe eſt, qui Troianos nolit ſtuporis ac ſtultitiæ condemnare. Verum quoniam traditum eſt Græcorum fortiſſimum quemque in equum illum ſe abdidiſſe, conuenit equi ænei forma, cum ijs quæ de Troiano memoriæ prodita ſunt.* At eam machinam in muros hoſtilis vrbis agendam quum fortiſſimi Græcorum conuenerint, ea robuſtiſſimum inuectum dici meruit; quumque Græci ne offenderentur a Troianis, machinam impellerent in muros Troiæ contecti ſub aliqua molis illius parte, proinde in equo incluſi dici potuerunt a poetis. Vt autem machina muros quatiens Arietis nomine vocata fuit olim, quod vno capite Arietis in morem ac formam muros tunderet; ſic Epei machina lignea nomen equi potuit adipiſci, quod conſtaret quaternis trabibus, quarum duæ nixæ ſolo firmarentur in modum pedum anteriorum, duæ reliquæ, ceu pedes poſteriores calcitrantis iumenti, mœnia quaterent. Vnde [t] Polydorus Virgilius Epeum dicit inuentorem Arietis machinæ muralis, cuius inuentionem [u] Vitruuius refert ad Carthaginienſes dum Ca-

t lib. 2. cap. 11.

u lib. 10. cap. 19.

des oppugnarent. Quum autem Minerua dea ſimul & rerum artificioſarum, & militiæ numen antiquitus coleretur; ſcite machinam hanc bellicam artificioſiſſimam Faber Epeus inueniſſe dicitur beneficio Mineruæ, ac ſibi aſpirante numine Bellonæ; cui propterea gratiam referre tenebatur, in eius honorem templo ſuſpendens Bipennem, qua præcipue talem machinam conſtruxerat.

Ἀθάνᾳ.

MINERVAE.

Mos erat apud Antiquos, vt artifices abſoluto opere inſtrumenta, quibus vſi fuiſſent feliciter, Deo cuipiam dicarent, atque ſuſpenderent; vt conſtat ex [x] Tibullo, cui

x lib. 2. eleg 5.

„ Pendebatque vagi paſtoris in arbore votum
„ Garrula ſylueſtri Fiſtula ſacra Deo:
„ Fiſtula, cui ſemper decreſcit Arundinis ordo,
„ Nam calamus cera iungitur vſque minor.

Sic Epeus Faber Securim, qua Belli machinam fabricauerat, Palladi votum ſacrauit.

Ὤπασ' Ἐπειὸς πέλεκυν

DONAVIT EPEVS SECVRIM.

De huius Donarii dedicatione ab Epeo, præclaram habemus apud [y] Iuſtinum hiſtoriam his notis: *Metapontini quoque in templo Miner-*

y lib. 20.

uæ

uæ ferramenta, quibus Epeus, a quo conditi ſunt, equum Troianum fabricauit, oſtentant. Quod & ante Iuſtinum teſtatus eſt[z] Ariſtoteles in admirandis auditionibus, vt antea vidimus apud Auberium, inquiens: *In Italia regio eſt prope Metapontum, Calabria nomine; in qua templum Græcæ Mineruæ ineſſe autumant; vbi Epei inſtrumenta eius inſcripta titulo recumbere, quibus ligneum equum confecerat: hic enim quum Palladem in ſomnis cerneret, dignum cenſuit ei opera dedicare: cæterum quum tempus itineris differret, adeo eo in loco ſomno correptus fuit, vt minime nauigare poſſet. Qua de cauſa ſacellum id Palladis Græcæ nomenclaturam ſortitum eſt.* Vt non ſolum veriſſimilem imitationem hic nobis expreſſerit, vt poeta, Simmias; ſed etiam veram hiſtoriam deſcripſerit; & quũ inter alia donaria, paſſim Secures templis antiqui ſuſpenderent; nam eiuſdem Ariſtotelis teſtimonio in[a] admirandis auditionibus. λέγεται δὲ περὶ τὸν ὀνομαζόμενον τῆς Δαυνίας τόπον ἱερὸν εἶναι Ἀθηνᾶς Ἀχαΐας καλούμενον, ἐν ᾧ δὴ [καὶ] πελέκεις χαλκοῖς καὶ ὅπλα τῶν Διομήδους ἑταίρων καὶ αὐτοῦ ἀνακεῖσθαι. hoc eſt: *Ferunt & circa nuncupatum Dauniæ locum templum eſſe Mineruæ Achaicæ, in quo Secures æreæ, & arma Diomedis & ſociorum dicata dependent.* Quin &[b] Virgilii notatu in

z cap.104. 105.

a cap.105.

b 7. Aeneid.

templo apud regem Latinum:

,, Multaque præterea ſacris in poſtibus arma
,, Captiui pendent currus, curuæque Secures.

Elegit iure ſibi celebrandam Simmias hoc ſuo poematio Epei Securim, famoſam inter omnes ob artificium Equi Troiani, quem Epeus ea fabricauit in Troianorum ruinam.

ᾧ πόκα πύργων θεοτεύκτων κατέρειπεν αἶπος

QVA QVONDAM TVRRIVM A DIIS EXTRVCTARVM DISTVRBAVIT VERTICEM.

Siue Securi ſua in euerſione Troię ſupra muros hoſtiles quum aſcendiſſet Epeus turres Ilii dirueret immediate, ſiue mediante machina miniſterio Securis effecta muros quateret, ſiue vtroque modo; vere dicitur Epeus Securicula ſua turres Troianas deieciſſe. Dicuntur autem Troianæ turres a Diis extructæ; quia fabulæ narrant ab Apolline & Neptuno ædificatas; quibus Aeacus, ſeu Laomedon rex Troiæ tertius cooperator adiunctus eſt; ſecus enim exſcindi non potuiſſet Ilium, vt fato decretum erat; quum opera diuina ſint immortalia. Laomedon autem Aeacuſue, Neptuno & Apollini cooperari dictus eſt in conſtruendis mœnibus, ac turribus vrbis Troiæ, quia Didimo,[c] Lactantio,

c lib. 1. cap. 10.

ctantio, Micyllo, & [d] Boccatio autoribus, Laomedon muros vrbis conſtruxit, ex pecunia in Apollinis & Neptuni cultum reſeruata pro ſacrorum ſolemnitatibus. Epeum fuiſſe fabricatorem Equi Duratei, quo Troiæ turres euerſæ fuerunt [e] Homerus cum plurimis aliis teſtatur, & Triphiodorus in Ilii excidio honorificam Epei mentionem faciens.

d lib. 6. cap. 6.

e Iliad. 23.

Τᾶμος ἐπεὶ τὰν ἱρὰν κηρὶ πυρίπνῳ πόλιν ἠθάλωσεν.

TVNC QVVM SACRAM FATO IGNIFERO VRBEM CONCREMAVIT.

vel, vt vertit vir doctus:

TVNC POSTQVAM SACRAM FATO FLAMMIFERO VRBEM EXVSSIT.

Porro Troia dicitur vrbs ſacra, non ſolum quod ab Apolline & Neptuno mœnibus circumdata fuerit, ſeu quod ſacra Neptuni & Apollinis cultui dicata pecunia mœnita fuerit; ſed maxime quod Palladio cuſtodita, & cineribus Laomedontis ad portam Scæam ſeruatis gloriaretur; certum enim apud Ethnicos erat, tum Deorum imagines, tum etiam defunctorum cineres reddere ſacra ea loca, in quibus conſeruantur, ac veneratione coluntur. Troiæ vero excidium apte dicitur a Simmia noſtro fatum igniferum, vel flammiuo-

rum,

rum, quia poeta cenſuit vrbis illius euerſionem fuiſſe fatalem, quod & [f] Virgilius aſſeruit dum infit,

f 1. Aen.

Hoc equidem occaſum Troiæ, triſteſque ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.

g 2. Aen.

& [g] infra: ...... *ſcandit fatalis machina muros*
Fœta armis ....

h 2. de an. c. 40.

ac certum eſt vrbem Troianam igne combuſtam corruiſſe. Flamma vero vorax eſſe belliſſime dicitur, quoniam ignis ob maximam ſui actiuitatem conuertens omnia facillime in ſui naturam, cuncta vorare ſtatuitur; ac ſolus inter alia elementa nutriri, vt ait [h] Ariſtoteles, & alia depaſci: ſcribitur autem Epeus vrbem Troianorum exuſſiſſe, & concremaſſe, quia ipſe machina ſua equiformi muros Troię diruens, aditum Græcis in hoſtilem ciuitatem patefecit; quam ipſemet cum Græcorum proceribus ingreſſus igne adacto combuſſit.

Δαρδανιδᾶν δ' ἐξυφέλιξ' ἐκ θεμέθλων ἄνακτας.

AC DARDANIDARVM FVNDITVS EVERTIT REGES.

vel cum inclyto viro:

DARDANIDARVMQVE PVRPVREOS EX FVNDAMENTIS EVERTIT REGES.

Quia

Quia Priamum interficiens, & Priami filios omnes, in quibus velut in radice ac fundamento continebantur omnes Dardanidarum reges tum præteriti, tum etiam futuri, tum maxime præſentes; præteriti quidem, quia Proaui & Aui dicuntur in nepotibus, & patres in filiis vtcunque ſuperſtites conſeruari; futuri quoque, quia in cauſis dicuntur ineſſe omnes effectus ab illis prodire nati; ſic hyeme roſa dicitur eſſe in ſuis cauſis; & eclipſis nunc non præſens in cauſis ſuis eſſe ſtatuitur: ſic[i] Ariſtoteli res futuræ conſtituuntur eſſe in primo mouente, ac omnino in cauſa[k] efficiente; præſentes vero, quia filii, nepoteſque Priami ſimul cum eo, florente Troia, viuentes ac vigentes, aptiſſime reges ſeu reguli Dardanidarum a Simmia nuncupantur; qui a vetuſtiore Dycte Cretenſe in hiſtoria belli Troiani, cui præſens ipſe ſub Idomeneo Cretenſium rege militans interfuit, reguli nominantur his verbis: *Interim paucis diebus Alexander cum ſupradictis comitibus reuertitur Helenam ſecum habens; cuius aduentu (tota ciuitas quum partim exemplum facinoris execraretur, alij iniurias in Menelaum admiſſas dolerent, nullo omnium approbante, poſtremo cunctis indignantibus) tumultus ortus eſt. Quibus rebus anxius*

i 4. phyſ. t. 23.

k 2. phyſ. t. 28.

Pria-

Priamus filios conuocat, eoſque quid ſuper tali negocio agendum videretur, conſulit: qui vna voce minime reddendam Helenam reſpondent: videbant quippe quantæ opes cum ea adductæ eßent, quæ vniuerſa (ſi Helena traderetur) amitterent: præterea commoti forma mulierum, quæ cum Helena venerant, nuptias ſibi ſingularum iam animo deſtinauerant; quippe lingua moribuſque barbari, nihil penſi aut conſulti facientes, præda atque libidine tranſuerſi agebantur. Igitur Priamus relictis his, ſenes conducit, ſententiam filiorum aperit, deinde cunctos quid agendum eſſet, conſulit: ſed priuſquam ex more ſententiæ dicerentur, Reguli conſilium repente irrumpunt, atque inconditis moribus malum ſingulis minantur, ſi aliter quam ipſis videretur, decernerent. In eandem ſententiam Dares etiam Phrygius antiquiſſimus autor hiſtoriam texens de Troiano excidio, filios Hecubæ ac Priami, regio genere nuncupauit. Cæterum Epeus introducens machina ſua, quaſſante mœnia Troiæ, Græcos in vrbem Iliacam, & ſimul cum illis ciuitatem abſumens incendio, Priamumque cum natis & nepotibus omnibus ad vnum exitio tradens, vere funditus euertit reges Dardanidarum; quos poeta belle purpureos appellat, vel quod propria ſit regum purpurea veſtis; vel etiam quod omnes ferro

ferro interempti ſanguine commaculati vitam obiiſſent; vel quod eſſent pulchritudine inter omnes inſignes; vnde teſtimonio [l] Porphyrii Priami ſpecies digna eſt imperio;& Priami filius Alexander, aliique fratres vniuerſi ſpecioſi collaudantur ab omnibus antiquis autoribus: pulchra vero purpurea dici dudum conſueuiſſe a poetis, vidimus olim apud inclytum Salmaſium in [m] Ara Nonarii animaduertentem vellus aureum Colchi purpureum a Doſiada, & a Simonide nuncupari; & purpuream Venerem Deam pulchritudinis non ſemel a veteribus cognominatam a Victorino obſeruari; ac purpureum Veneris filium Amorem ab Ouidio nuncupari; & purpureum os ab Horatio pro pulchro vocari; ac purpureos Olores, qui candidi ſunt, ob pulchritudinem eximii candoris appellari; purpureamque niuem ſimiliter ab Albinouano agnominari.

[l] cap. de ſpec.

[m] cap. 4.

Οὐκ ἐνάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοισι λαῶν.

NONDVM NVMERATVS INTER PRINCIPES PROPVGNATORES POPVLORVM.

vel cum egregio viro

Οὐκ ἐνάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοις Ἀχαιῶν

NON ANNVMERATVS DVCIBVS

S ACHI-

ACHIVORVM.

Scilicet Epeus ante Troiæ deſtructionem dum in caſtris vrbem obſidentibus degebat, etiam eo tempore, quo machinam fatalis equi contra Teucros architectabatur, inter primores Græcorum non recenſebatur; qui ſcitiſſime nuncupantur propugnatores populorum, quia propulſantes iniuriam ſibi ob Helenæ raptum a Paride illatam, Troiani regni euerſione; alios, ne Græcorum populis iniurias inferre poſtmodum auderent, prohibentes; pro ſuis populis propugnare dicuntur; ac eos tutos reddere ab exterorum iniuriis. Dum autem Epeus in ſua machina Græcos hominum ductores in Troianam ciuitatem deduxit, tunc incœpit annumerari inter duces Achiuorum, & inter principes propugnatores populorum.

Ἀλλ᾽ ἀπὸ κρανᾶν καθαρὸν νᾶμα κόμιζ᾽ ὁ δυσκλεής.

SED A FONTIBVS PVRVM LIQVOREM IMPORTABAT INGLORIVS.

vel cum inſigni viro

Ἀλλ᾽ ἀπὸ κρηνᾶν ἰθαρᾶν νᾶμα κόμιζ᾽ ὁ δυσκλής.

SED EX FONTIBVS PVRIS LATICES FEREBAT INGLORIVS.

a 6. de ing. lat. Hic non habet locum quod ex Plauto, [a] Marco

eo Varrone, atque Athenęo referunt [o] viri prę-
clari, Epeum fuiſſe coquum Achiuorum; nam coqui munus non eſt aquam e fontibus ad caſtra portare; ſed carnes, & edulia in caſtris ad ignem aſſare ac elixare: Sed poeta noſter Epeũ equi Duratei fabrum in exercitu Græcorum fuiſſe voluit e lixarum & calonum grege hominem ignobilem, qui aquam portaret. Quod apte nobis inſinuat Aenigma Simonidis ab [p] Athenæo relatum & explicatum his verbis.

[o] Pet. Vict. Io. Scalig. 4. de ling. lat.

[p] lib. 10. cap. vlt.

πεποίηκε δὲ καὶ ἕυτερον ἐπίγραμμα ὁ Σιμωνίδης ὃ παρέχει τοῖς ἀπείροις τοῖς ἱστορίας ἀπορίαν.

Φημὶ τὸν οὐκ ἐθέλοντα φέρειν τέττιγος ἄεθλον
Τῷ Πανοπηϊάδῃ διώσειν μέγα δεῖπνον Ἐπειῷ.

Λέγεται δὲ ἐν τῇ Καρθεᾷ διατρίβοντα αὐτὸν, διδάσκειν τοὺς χορούς. εἶναι δὲ τὸ χορηγεῖον ἄνω πρὸς Ἀπόλλωνος ἱερῷ μακρὰν τῆς θαλάσσης. ὑδρεύεσθαι οὖν καὶ τοὺς ἄλλους καὶ τοὺς περὶ τὸν Σιμωνίδην κάτωθεν, ἔνθα ἦν ἡ κρήνη. ἀνακομίζοντος δ᾽ αὐτοῖς τὸ ὕδωρ ὄνου, ὃν ἐκάλουν Ἐπειὸν διὰ τὸ μυθολογεῖσθαι, τοῦτο δρᾶν ἐκεῖνον, καὶ ἀναγεγράφθαι ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερῷ τὸν Τρωϊκὸν μῦθον, ἐν ᾧ ὁ Ἐπειὸς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀτρίδαις ὡς καὶ Στησίχορος φησίν.

„ *ᾤκτειρε γὰρ αὐτὸν ὕδωρ αἰεὶ φορέοντα Διὸς κούρα*
βασιλέυσιν.

ὑπαρχόντων οὖν τούτων ταχθῆναι φασὶ τῷ μὴ παραγε-

γαμένῳ τῶν χορευτῶν εἰς τὴν ὡρισμένην ὥραν, παρέχειν τῷ ὄνῳ χοίνικα κριθῶν. τοῦτο οὖν κἀν τῷ ποιητῇ λέγεσθαι καὶ εἶναι τὸν μὲν οὐ φέροντα τοῦτο τέττιγος ἄεθλον, τὸν οὐκ ἐθέλοντα ἄδειν. Πανοπηϊάδην δὲ τὸν ὄνον μέγα δεῖπνον τὴν χοίνικα τῶν κριθῶν. id eſt: Scripſit & alte-
,, rum epigramma Simonides, quod ignaris hi-
ſtoriæ dubitationem affert.

Aio eum, qui nolit cicadæ obire certamen,
Luculentam cœnam daturum Epeio Panopeiadæ.

,, Fama eſt, quum in Carthea degeret, agendi ca-
,, nendique choros rationem docuiſſe, ſchola
,, procul a mari ſita, in vrbis ſuperiori parte iux-
,, ta templum Apollinis: Aquam vero petiuiſſe
,, & alios, & Simonidem ipſum ex inferiore op-
,, pidi regione, vbi fons erat, aduehente aſino,
,, quem Epeum cognominabant, quod fabulæ
,, tradant ad Troiam heroibus Epeum aquam
,, præbuiſſe; & in Apollinis delubro picta ſit
,, Troię fabula, in qua Epeus Atridis aquam fert;
,, quod & his verbis Steſichorus dixit:

Eius regibus ſemper aquam ferentis miſerta eſt
Iouis filia.

,, Quum igitur hæc ita eſſent, Simonidem aiunt
,, ſanxiſſe, ad condictam horam ſi quis abeſſet
,, eorum, qui chori modos, & cantum doce-
,, bantur, vt is aſino daret ordei ſemodium. Il-

lud

„ lud nimirum eſt, quod ſignificat, vt is qui can-
„ tare nollet, certamen cicadæ recuſare dicatur;
„ & Panopeiades nomen aſini ſit, ampla vero
„ cœna ordei ſemodius. Cæterum a Steſichoro ſcribitur Iouis filia Pallas miſerta eſſe Epei ſemper aquam ferentis regibus Achiuorum; quia opificum Dea docuit Epeum fabricare ligneũ equum Troiæ fatalem, propter quod inuentum relatus eſt Epeus inter Heroas, factus ex calone princeps, & e lixa Dux Achiuorum. Dicitur autem a Simonide Panopeiades Epeus, non quod eſſet Panopeæ nymphæ, & Endymionis filius, vt cenſuit apud Atheneum Dalechampius, quod [q] antea notauimus; nam patronymice cognominari debuiſſet Endymionides, non a matre Panopeiades: aſt Epeus appellatur a patre Panopeo Panopeiades; vt atteſtatur [r] Platoni Pauſanias in Corinthiacis. Non ergo fumificus coquus, ſed lixa portator aquæ fuit Epeus equi Duratei fabricator; cuius nunc meminit poeta noſter. Coquus autem ille, de quo Marcus [ſ] Varro, Plautus, & Athenæus alibi tractant, obſeruatione Politiani [t] apud Cœlium, Petri Victorii, & Scaligeri iunioris, vel ab hoc Epeo diuerſus homuncio fuit ab eo denominatus, aut in calonum numero,

q init. c.

r in Ione.

ſ 6. de ling. lat.

t antiq. lect. lib. 29. cap. 25.

mero, de quo fortaſſe vetus adagium legitur: Ἐπειοῦ δειλότερος. id eſt: *Epeo timidior*, quod innuunt ea verba Varronis: *Plautus Epeum fumificum cocum, ab Epeo illo qui dicitur ad Troiam feciſſe equum Troianum Argiueis, & apte cibum curaſſe: ideo ait Epeum fumificum qui legioni noſtræ habet coctum cibum.* Vel ſi fuit idem lixa, poeta Rhodius in hoc Securis idyllio non vt coquum deſcripſit, ſed vt aquæ vectorem, qui ante machinæ Duratei equi ſtructuram inglorius is eſſe potuit, de quo idem adagium formatum fuerit.

Νῦν δ' ἐς Ὁμήρειον ἔβα κέλευθον

NVNC VERO HOMERICAM INGRESSVS EST VIAM.

vel:

NVNC VERO IN HOMERICAM IVIT SEMITAM.

Inuſitatum ac rarum admodum loquendi genus, pro eo quod eſt ab Homero laudari, & inter Heroas connumerari; nam parta Græcis victoria, tandem ex ignobili calone, inglorioque lixa, timidoque ac ignauo plebeio, ſummus artifex & heros fortiſſimus euadens Epeus effectus eſt nobiliſſimus, ac Homeri laudibus celeberrimus; neque iam vt aquæ vector, ſed

vt

vt Dux inter Grecos ab.[u] Homerica Muſa con- *u 23. Iliad.*
celebratus eſt, ac æternæ poſterorum memo-
riæ commendatus, ad gloriam & immortali-
tatem, adeoque ad ciuilem felicitatem eue-
ctus: nam Homeri ſemita nihil eſt aliud, quam
via ad perennitatem famæ, quam ingreſſi di-
cuntur omnes, quorum laudes celebrauit Ho-
merus, quum eius opera [x] immortalia laudes *x. Saluſt. de bell. Iug.*
Heroum perpetuas complectantur. Et ſane ab
Homero Epeum fabrum non minus quam Ma-
chaonem Medicum, Calchantem Vatem, Ne-
ſtorem equeſtrem, Meneſtheum ordinum ſtru-
ctorem, ac Nireum formoſum inter Heroas
concelebratum fuiſſe, teſtis locuples etiam eſt
Maximus ille [y] Tyrius Platonicus, vbi diſpu- *y ſerm. 36.*
tat Quomodo quis ad Amicum ſe habeat.

Σὰν χάριν, ἁγνὰ ὦ πολύβȣλε Παλλὰς.

QVAE TVA EST GRATIA, CASTA, O MVLTI CONSILII PALLAS.

vel:

TVA GRATIA CASTA PRVDENS PALLAS.

Recte ſuam gloriam omnem Epeus acceptam
refert vni Mineruæ, cuius beneficio Duratei
caballi machinam hoſtibus Troianis exitia-
lem architectatus eſt, etenim Pallas artificio-
ſorum.

ſorum omnium Dea colitur, & rerum militarium numen celebratur, & a Steſichoro dicta eſt miſerta fuiſſe ferentis aquam Epei, quem a vili munere ſubleuauit ad prę ſtantiſſimum Ducis officium. Quæ vero ab initio poematii dicta eſt Androthea, ſeu virilis dea, nunc eius nominis quaſi ratione explicata, dicitur caſta prudens, ſeu caſta multi conſilii, atque adeo habens in ſe prudentiam, & conſilium viri, & caſtitatem inuiolabilem diuinæ fœminæ; proindeque naturam obtinens androgynam, non corporalem, ſed ſpiritualem, vt paulo antea notauimus. Hæc eadem Pallas, quæ dudum apud Homerum reddidit Epeum ex inglorio calone aquæ vectore fortiſſimum Heroem Gręcorum principum Ductorem; non ita pridem Romæ effecit Colam Rentii ex homine plebeio, Cauponis & lauatricis, ac aquæ vectricis filio Nicolaum Laurentii Tribunum populi Romani, ac Romanorum velut Imperatorem, a Franciſco[z] Petrarcha metris & oratione, atque a[a] Thoma Forteſiocca hiſtoria celebratiſſimum.

z part. 1. canz. 11. orat. de capeſſ. libert. horreat.
a in vita Colæ Rentzi.

Τρισμάκαρ, ὅν σὺ θυμῷ
Ἵλαος ἀμφιδέρχθης

TERBEATVS, QVEM TV OMNINO PRO-

PROPITIA CIRCVMSPEXERIS.

vel potius:

TER BEATVS QVEM TV ANIMO BENIGNA CIRCVMSPEXERIS.

Redditur hic propoſitorum ratio, cur Epeus beneficio Palladis iuiſſe dicatur in Homeri ſemitam, quã calcauit iter eum Heroibus ducens ad gloriam immortalitatis, nam felicitas hæc quam homines auxilio diuino conſequi poſſunt, gemina quum ſit Ariſtotele[b] magiſtro, actiua, & contemplatiua: vtraque nobis ineſſe putabatur à Minerua, quæ tum actiuæ, tum contemplatiuæ vitę Dea pręſes colebatur; actiuæ quidem, quia & artificiorum omnium, & bellorum numen a priſcis adorabatur; contemplatiuæ autem, quia ſcientiæ & literarum Dea exiſtimabatur. Quum igitur felicitas ſit actio ſecundum habitum virtutis, aut moralis, ſeu actiuæ, aut intellectualis, ſeu contemplatiuæ in vita perfecta, vt ait[c] Ariſtoteles; iam feliciſſimus, ac terbeatus, ac omnino felix ille dicebatur, quem benigna Pallas, propitiaque Minerua circumſpexiſſet animo, ipſius animam exornans virtutibus & moralibus & intellectualibus: ac dubio procul apud Ethnicos animum Epei benigna Pallas ornauit tum arte

b 10. Ethic. c. 6. 7. 8.

c 1. Ethic. cap. 9. 2. Eud. c. 1.

mirifica fabricandi Duriam equi Dædalei illam machinam Troiæ muros quatientem; tum fortitudine militari: quibus vrbem hoſtilem funditus euertit.

Τὸν ὄλβον

Ἀεὶ πνέει.

HIC FELICITATEM
SEMPER REDOLET.

vel:

Ὁδ᾽ ὄλβος

Ἀεὶ πνεῖ

HIC FELICITATEM
SEMPER SPIRAT.

Beatitas autem, quã auxilio Palladis, virtutes animis mortalium inſerentis, homines conſequuntur, non fluxa eſt, breui tempore durans; ſed æterna felicitas eſt, perſeuerans etiam poſt hominum interitum; nam in Homeri ſcriptis, quæ vt ait [d] Criſpus, ingenii facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt; in Homeri ſcriptis inquam nullo æuo delendis immortalis viget, ac viuet in æternum Epei gloria, qua celebratur inter Heroas Troianorum hoſtium expugnatores, & Græcorum populorũ propugnatores.

d inic: bel. Iug.

Τὸν Βῖνον κλυτοῖς ᾖσε θεοῖς.

QVAM BINON INCLYTIS CECINIT
DIIS.

DIIS.

vel:

Τὸν Βίων κλυτοῖς ᾖσε θεοῖς

QVAM BION INCLYTIS CECINIT DIIS.

Hunc verſum (cuius pars prima propoſita eſt his notis) non bene detrahit e poematio Salmaſius, quod ſine manubrio dicari debuerit, ne concederet in vſus hominum, vt ipſe ait; quum dudum oſtenderimus multa donaria integra fuiſſe conſecrata, & conceſſiſſe in vſus hominum; quibus addere liceat propoſitis, Dauidem e templo ſuſcepiſſe gladium Goliæ gigantis de manu propria Achimelechi ſacerdotis in proprios vſus; vt conſtat e ſacra pagina, in qua legitur. *Dixit autem Dauid ad Achimelech: Si habes hic ad manum haſtam, aut gladium; da mihi; quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum: ſermo enim regis vrgebat: & dixit ſacerdos: ecce hic gladius Goliath Philiſtæi, quem percuſſiſti in valle Terebinthi; eſt inuolutus pallio, poſt Ephod: ſi iſtum vis tollere, tolle: neque enim hic alius eſt abſque eo: & ait Dauid: non eſt huic alter ſimilis; da mihi.* Quin & paullo antea ſacerdos idem quum careret panibus laicis, quibus omnes poterant indifferenter vti, ſed ſolum panes

e 1. reg. cap. 21.

nes ſanctos, qui dicati fuerant in vſum ſacerdotum, ac veluti Deo conſecrati, eos tamen eſurienti Dauidi comedendos dedit, & pueris eius; ait enim Dauid ſacerdoti, *Nunc ergo ſi quid habes ad manum, vel quinque panes da mihi, aut quicquid inueneris: & reſpondens ſacerdos ad Dauid, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantum panem ſanctum: ſi mundi ſunt pueri, maxime à mulieribus, manducent. Et reſpondit Dauid ſacerdoti, & dixit ei: Et quidem ſi de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri, & nudius tertius, quando egrediebamur; & fuerunt vaſa puerorum ſancta. Porro via hæc polluta eſt, ſed & ipſa hodie ſanctificabitur in Vaſis. Dedit ergo eis ſacerdos ſanctificatum panem: neque enim erat ibi panis niſi tantum propoſitionis, qui ſublati fuerant a facie domini, vt ponerentur panes calidi*: Sic ergo conſtat res Deo conſecratas antiquitus concedere conſueuiſſe in vſum hominum: adeoque non eximendum eſſe manubrium e Securi: cuius manubrii prima pars his notis expreſſa, *Quam Bion inclytis cecinit Dijs*, ita declaramus, quam Securim ſeu quam Odam poematii Securis Binon, Bionue cecinit inclytis Diis; vel etiam quam felicitatem Binon cecinit inclytis Diis; tum quia poematium hoc difficillimum ob textu-

râm adhuc incomperti artificii proponitur poetis, qui a [f] Platone diuino numine afflati, ac deorum filii eſſe dicuntur: tum quia hoc idyllium canitur in honorem Epei, & aliorum Heroum, quos antiqui ſemideos venerabantur: tum quia in hoc poemario continentur laudes, ac celebratur felicitas & gloria non ſolum Epei, & aliorum Heroum, qui Troianas arces expugnauerunt; ſed etiam Mineruæ, quæ docuit Epeum belli machinam eximiam fabricare. Autor autem huius poematii ſi Binon, vel Bion proprio nomine non appellabatur, ſed Simmias, vt Hephæſtio priſcus Grammaticus confirmare ſatis videtur autoritate ſua in Enchyridio de metris & poematibus inquiens:

> Πρὸ γὰρ αὐτοῦ Σιμμίας ἐχρήσατο ἐν τῷ Πελέκει.
> Ἀνδροθέα δῶρον ὁ Φωκεὺς, κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα-
> τίνων Ἀθάνᾳ.

hoc eſt: *Ante ipſũ enim Simmias vſus eſt in Securi:*
Androtheæ donum Phocenſis, robuſtiſſimi inuen-
ti gratiam referens Mineruæ.

Certe Simmias in hoc Idyllio nomen non proprium, ſed adſcititium habet; vt in Syringa Theocritus ſe Paridem cognominare voluit, quoniã in ænigmatico poemate nomẽ autoris apertum eſſe non debet. Elegit autem nomen

Bi-

[f] Ion. & 2. de Rep.

Binonis, vel Bionis, vel voluntarie ſine vlla cauſa, ſolam ſpectans metri rationem; vel conſulto, quia Binonem ſe nuncupare potuit vel vt aliquam haberet relationem ad nomen Sinonis, qui factum equum Durium Troianis perſuaſit in vrbem introducendum; vel quia nouerit dialectum, cuius vi mutare valeat Σ in B; nam id generis mutationes elementorum literariorum frequentes apud Homerum obſeruat [g] Plutarchus; ſed & apud [h] Quintilianum legimus tum Latinos, tum etiam Græcos B literam in locum aliarum dediſſe. Cæterum conſulto Simmias hic Bionem ſe cognominare valuit apte, vt indicaret ſe hiſce poematiis difficillimis ac inuſitatæ ſpeciei victurum eſſe in poetarum numero ſemper glorioſum, quaſi Bionem interpretari voluerit *viuacem*, βίος etenim Græcorum, eſt *vita* Latinorum; vel potius vt innueret ſe quandam habere in horum Idylliorum conſtructione cognationem genii cum Bione, de quo [i] Strabo ſcribit: Ἀπελλῆς τε αὐτῷ πολὺς ἐςὶ καὶ Βίων ὅν φησὶ πρῶτον θειάν τινα περιβαλεῖν σοφίαν: hoc eſt: *Cui* (Eratoſtheni) *&* *Appelles multus eſt, & Bion; quem diuinam Philoſophiam quandam primum complexum eſſe ait.* Perinde Simmias hic ſe fatetur primum multi-

g lib. de Home.

h lib. 1. cap. 4. 6.

i lib. 1.

plicia metra carminis Diis inclytis ceciniſſe, quaſi nouus Bion. Niſi placeat huius Idyllii genuinum autorem fuiſſe Bionem illum Boryſtheniten, qui a [k] Diogene Laertio dicitur Rhodi Athenienſibus ad Oratoriam ſe exercentibus philoſophiam explicauiſſe, primuſque omnium philoſophiam vario orationis flore veſtiuiſſe, faciendiſque verſibus ingenium præcipue accommodatum habuiſſe. Cæterum neque poematis huius autorem eſſe Bionem illum poetam vetuſtiſſimum, cuius mortem epitaphio nobili defleuit Moſchus, aperte conſtat ex eo quod Moſchus ait, Bionem non ceciniſſe bella & Heroica, ad quæ redigitur hoc Idyllium, ſed amatoria & ruſtica tantum. Verſus autem Moſchi ſunt hi.

[k] lib. 4.

Κεῖνος δ᾽ οὐ πολέμους, οὐ δάκρυα, Πᾶνα δ᾽ ἔμελπε,
Καὶ βώτας ἐλίγαινε, καὶ ἀείδων ἐνόμευε,
Καὶ σύριγγας ἔτευχε, καὶ ἀδέα πόρτιν ἄμελγε,
Καὶ παίδων ἐδίδασκε φιλάματα, καὶ τὸν Ἔρωτα
Ἔτρεφεν ἐν κόλποισι, καὶ ἤρεσε τὴν Ἀφροδίτην. hoc eſt:

» Hic vero bella, non lachrymas, verum Pana canebat,
» Et paſtores ſonabat, & inter canendum pecora paſcebat,
» Et fiſtulas fabricabat, & ſuauem vitulam mul-

ge-

gebat,

„ Et puerorum oſcula docebat, & Amorem

„ In gremio fouebat, atque Veneri charus erat.

Ὅς εὗρε, Ῥόδοι γεγαὼς, πολύτροπα μοῦνος μέτρα μολπᾶς.

QVI REPERIT, RHODI QVVM ESSET, MVLTIPLICIA SOLVS METRA CARMINIS.

Si noſtræ Securis autor dicatur eſſe Simmias Rhodius, ſententiæ manubrii ſenſus clarus eſt, quia ſolus Simmias Rhodius reperit metra multiplicia carminis figurati vel imagine Securis, vel Oui ſpecie, vel Alarum icone: Sin autem alius a Simmia Rhodio fuerit noſtri huius poematis autor vel Binon, vel Bion; is in hoc vno poemario ſolus conſtituit, ac reperit multiplicia metra carminis figurati; quum horum metrorum alia curua ſint, vt pinnarum metra, & aliud rectum in manubrio; alia deſcendentia, vt dextræ pinnæ metra, & manubrium, & alia ſint aſcendentia, vt ſiniſtram pinnam conſtituentia. Sed hac de re late
l cap. 7. [l] ſuperius apud inclytum Salmaſium. Meminit autem conſulto Rhodi poeta noſter, quia dudum in ea inſula ſtudia literarum maxime
m ad cap. 21. floruerunt; nam & Solini [m] Scholiaſtes, & ante

te illum[n] Philoſtratus in ortu Mineruæ monet, Aurum Rhodi pluiſſe ob felicitatem inſulæ, ceciniſſe Pindarum, vbi ſtudia liberalium artium, & inprimis oratoriæ facultatis, viguerunt. Et de vitis ſophiſtarum agens iunior Philoſtratus aſſerit Aeſchinem Rhodi ſubſtitiſſe, quia inſula erat ad vacandum ſtudiis aptiſſima, proindeque ſophiſtarum ſcholam ibi celebrauiſſe, vitamque egiſſe otio & Muſis ſacrificantem, & Attica Doricis moribus immiſcentem. Denominatum vero fuiſſe Rhodium a celebritate loci, quum reuera Samius fuerit, autore[o] Gyraldo, cui *Erat & Simmias Rhodius poeta & Grammaticus, qui quatuor libris diuerſa poemata compoſuit. Fuit vero origine Samius; de quorum etiam antiquitate volumina reliquit; & poſt Samiorum direptionem dum migrarent, ab eis dux electus, vt ex reliquijs coloniam deduceret; ex quibus oppida tria condidit, Minoan ſcilicet, Aegialon, & Arceſimen; ſunt qui ab hoc Simmia ſcriptos primum iambos velint.* Si ergo Samius; nobis deſignauit non patriam, ſed locum habitationis: & Ῥόδοῦ γεγαώς, *Rhodi quum eßet*, vertendum eſt, non autem *Rhodi natus*. Sane Simmiam hunc Securis autorem, Rhodium fuiſſe ſolum incolatu, at origine Samium, non ſolum

n lib. 2. Icon.

o 3. dial. de poet. hiſt.

Gyraldus, ſed ante illum Suidas teſtatur; Strabo ſatis innuit, & ipſemet autor Idyllii ſignificauit. Teſtatur quidem Suidas his notis: *Simmias Rhodius Grammaticus ſcripſit gloſſarum libros tres, poematum diuerſorum libros quatuor: Fuit autem a primo ortu Samius, & in Amorgi colonia dux: & ipſe miſſus eſt a Samijs. Amorgum in tres vrbes diſtribuit, Minoam, Aegialum, Arceſimen; ſcripſit ſecundum quoſdam primus iambos, & alia diuerſa, & antiquitates Samiorum.* Strabo Simmiam numerat inter eos, qui alienigenæ Rhodii dicti ſunt, quod in ea ciuitate

p lib. 14. floruerint; ait enim: [p] *Poſidonius quanquam Rhodi vixit, & ſophiſticam exercuit, fuit tamen Apamienſis ex Syria, quemadmodum Apollonius, Malacus, & Molon; nam hi Alabandenſes fuere, & Meneclis Oratoris diſcipuli: ſed prius Apollonius Rhodum profectus eſt, tandem etiam Molon, ad quem ille inquit, Tandem & Molon, id eſt, profectus eſt. Item Piſander, qui Heracleam ſcripſit poeta Rhodius, & Simmias Grammaticus, Ariſtocles, qui nunc eſt. Item Dionyſius Thrax, & Apollonius, qui Argonautas compoſuit; Alexandrini quidem fuere, Rhodij tamen vocati ſunt.* Et licet non aſſignet patriam Simmiæ Strabo; ſat eſt, eum inter alienigenas Rhodi commorantes recenſere: quum

eius

eius patriam Samum habuerimus a Suida. Cæterum ipſemet autor Securis in Idyllii poſtremo verſiculo ſe Rhodium habitatorem, non indigenam, ſignificauit illis verbis Ῥοδοῖ γεγαώς, quæ nos vertenda duximus, *Rhodi quum eſſet*, quia quamuis γεγαώς ducatur a verbo græco γάω vetuſto, & inuſitato, quod viris græce peritiſſimis tũ idẽ quod *ſum* ſignificat; tũ idem quod *naſcor*, cuius verbi participium præteriti temporis eſt γεγαώς, & per contractionem γεγώς; quo quidem participio vetuſtiſſimus autor non contracto bis vſus eſt in hac Securi: primo quidem in verſu tertio pinnæ prioris ita οὐκ ἐνάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοισι λαῶν. hoc eſt: *Nõdũ numerat⁹ quũ eſſet inter propugnatores populorum.* Deinde vero in hoc verſu manubrii ſic:

Τὸν Βίων κλυτοῖς ᾖσε θεοῖς, ὅς εὗρε, Ῥοδοῖ γεγαὼς, πολύτροπα μοῦνος μέτρα μολπᾶς.

hoc eſt: *Quam Bion inclytis cecinit Dijs, qui reperit Rhodi quum eſſet, multiplicia ſolus metra carminis.* conſulto namque noluit vti verbo ſolam originem patriamque ſignificante, vt indicaret Simmiam huius autorem Idyllii non eſſe Rhodium genere, ſed habitatione ſola: quum alioqui facile ſibi fuiſſet alio vti participio ſolum natale nobis indicante. Nec ita veriſſimile ſit

in eodem breuiſſimo poematio poetam eodẽ vocabulo vſum in æquiuoca ſignificatione.

Πολύτροπα μέτρα μολπᾶς

verterem ego libentius:

MVLTIPLICIA METRA HYMNI

Quia Μολπὴ proprie ſignificat hymnum, & cantum: ac reuera hoc Idyllium videtur eſſe hymnus a Simmia Rhodio compactus in honorem Mineruæ, quod ex [q] Homero conſtat, cui ſcribitur:

q 1. Iliad.

Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο,
Καλὸν ἀείδοντες παιήονα κοῦροι Ἀχαιῶν
Μέλποντες ἑκάεργον. ὁ δὲ φρένα τέρπετ' ἀκούων.

quæ ſic vertuntur ad verbum:

Hi autem totam diem hymno deum placabant,
Lætum canentes pæana filij Achiuorum
Canentes longe-operantem: is autem mentem delectabatur audiens.

Imo vero & fortaſſis ex earum cantionum genere is erat hymnus, quæ cum luſu quodam ſaltabantur, vt conſtat ex Athenæo [r] dicente:

r lib. 1. cap. 7.

Εχρῶντο δὲ ἐν τοῖς συμποσίοις, καὶ κιθαρῳδοῖς, καὶ ὀρχησταῖς, ὡς οἱ μνηστῆρες, καὶ παρὰ Μενελάῳ,

ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδός. Δύω καὶ κυβιστητῆρες μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον. μολπῆς, ἀντὶ τοῦ παιδιᾶς. Σῶφρον δὲ τι ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ

φιλο-

φιλοσόφων διάθεσιν ἐπεῖχον. id eſt: *Adhibebantur & in conuiuijs citharœdi, & ſaltatores, vt apud procos, & apud Menelaum.*

Diuinuſque poeta canebat. Duo vero Cybiſteres μολπὴν *cantionem inchoarunt, & in vertiginis modum ſe ſe rotantes proiecerunt. Hoc ſcilicet loco* μολπὴν *poeta* τὴν παιδιάν *luſum eum ſaltationemque vocat. Fuit autem eo ſeculo modeſtum cantorum genus, & philoſophica prorſus morum integritate.* Fieri autem potuit vt hoc idyllium Securis ſaltantes, figuram Securis etiam imitarentur geſtu & ſaltatione; quod erat commune cunctis antiquorum ſaltationibus poeticis. Nam [s] ſupra viſus eſt tum apud [t] Ciceronem Egeſias eleganter ſaltare Demoſthenem; tum apud [u] Ouidium legimus carmina ſaltari in theatro, poemata ſaltari populo, laudes virorum ſaltari; tum apud iuniorem [x] Plinium laudes Imperatorum apte ſaltari; tum apud [y] Cœlium habetur olim celebris ſaltator ſaltauiſſe Veneris & Martis adulterium: Et certe dum [z] Atheneus refert Simonidem in Carthea degentem docuiſſe rationem agendi canendique choros iuxta templum Apollinis, in quo picta erat Troiæ fabula, in qua Epeus aquam fert Atridis: & aſinum ſuum aquam ex inferiore

s cap. 7.
t lib. de Orat.
u 1. Triſt. ele. 8.
x in Panegyr.
y lib. 5. cap. 3.
z lib. 10. cap. vlt.

vrbis parte ferentem ad vſus domeſticos, vocauiſſe Epeum; cui diſcipuli negligentes ordei ſemodium dare cogebantur; ſatis aperte nobis inſinuat inter alios agendi modos a Simonide doceri conſueuiſſe diſcipulos ſaltare fabulam Epei, vel etiam Securim Epei; quam propterea ſcite nunc Simmias appellat *μολπὴν* ſaltationem, ſeu ſaltatorium hymnum; quem ideo Didymus ludum ac luſum appellat; nam ſaltare proprie eſt ludere. Cæterum huic Idyllio Simmiæ ſimillima cecinit Lycophron in Alexandra his metris.

Ὁ δ' ἱπποτέκτων λαγγαρίας ἐν ἀγκάλαις,
Ἔγχος πεφρικὼς καὶ φάλαγγα θουρίαν,
Πατρῷον ὅρκον ἐκτίνων ψευδώμοτον,
Ὅ ἀμφὶ μήλων τῶν δορυκτήτων τάλας
Πύργων κομασθεὶς συμπεφυρμένων στρατῷ,
Στεργοξυνεύνων οὕνεκα νυμφευμάτων,
Ἄλοιτιν ἔτλη τὴν κυδωνίαν θρασὺ
Ὁρκωμοτῆσαι, τόν τε κρησώνης θεὸν
Κανδάον ἢ καμερτὸν ὁπλίτην λύκον,
Ὁ μητρὸς ἐντὸς δελφύος στυγνὴν μάχην
Στήσας ἀραγμοῖς πρὸς κασίγνητον χεροῖν,
Οὔπω τὸ τιτοῦς λαμπρὸν αὐγάζων φάος,
Οὐδ' ἐκφυγὼν ὠδῖνας ἀλγεινῶν τόκων.
Τοὶ γὰρ πόποι φύξηλιν ἠνδρώσαν σπόρον,

Πύκτην μὲν ἐσθλὸν, πτῶκα, δ' ἐν κλόνῳ δορὸς,
Καὶ πλεῖστα τέχναις ὠφελήσαντα στρατὸν,
Ὅ ἀμφὶ καὶ κυλισαρνυγάνος
Ἔπηλυς οἴκους τῆλε ναάσεται πατρὰς
Τὰ δ' ἐργαλεῖα, τοῖσι τετρήνας βρέτας
Τεύξει πότ' ἐρχώροισι μέρμερον βλάβην,
Καθιερώσει μυνδίας ἀνακτόροις. Hoc eſt: vt vertebat Canterus:

» Equi fabricator in Langariæ ſinu,
» Haſtam horrens & cateruam bellicam,
» Paternum luendo iuſiurandum periurum,
» Quod de Ouibus captiuis miſer,
» Turribus Comæthonis exercitu vaſtatis
» Vxoria propter connubia
» Auſus eſt per Aloetin Cydoniam audacem,
» Thraciæque deum Candaum Mauortem
» Armatum lupum iurare,
» Qui in matris vtero pugnam triſtem
» Peregerat manuum pulſibus aduerſus fratrem,
» Quum nondum claram Solis vidiſſet lucem,
» Nec effugiſſet laborioſi dolores partus.
» Quapropter Dii timidum crearunt fœtum,
» Pugilem bonũ,timidum autẽ in haſtæ ſtrepitu
» Et arte plurimum exercitui vtilem:
» Qui iuxta Cirin & Cyliſtarni latices
» Aduena procul a patria deget.

In-

„ Inſtrumenta vero quibus fabricando ſtatuam
„ Dabit olim indigenis vafram noxam,
„ Myndiæ templo dedicabit.

Peroratio totius operis Cap. XIII. & poſtremum.

HActenus de Securi Epei, conſecrata Mineruæ. Quod poematium Simmiæ Rhodii, nomine figura & argumento Securis, noſtram Encyclopædiam allicit ad aliud eiuſdem Autoris Idyllium, Alarum imaginem præſeferens, nomine pariter, figura, & pene argumento Amoris Alula: vt enim poſt Aram Securis apte tractatur, quæ inſtrumentum eſt, quo ſacerdotes olim vtebantur ad cædendas animalium victimas; quæ ſuper altare ſacrificari conſueuerant: ita poſt Securim Alas commode ſuſcipimus explicandas; quæ ſunt partes animalis; quod in ſacrificiis Numini pridem offerebant vetuſtiores.

FINIS.

Errata corrigenda.

pag. 6. lin. 1. Ανδροθεα- Ανδροθεᾳ. 42. 24. ria-rin. 43. 11. & ſuſcipientes- & ſuſpicientes. 84. 13 arma e-arma. 105. 20. &- vt. 112. 13. carmini-carminis. 118. 22. virilis-virili. 125. 4. eſt; eſt: Ferunt autem. 125. 14. dedale. dædale. 127. 19. Homærus- Homerus. 139. 5. ac elixare. *dele.*

AD ALAS
AMORIS DIVINI
A Simmia Rhodio compactas;

In quibus Deus introducitur vt Optimus de ſua mirabili generatione, deque Mundi totius primæua Creatione, perenni Conſeruatione, optimaque Gubernatione loquens,

Encyclopædia

FORTVNII LICETI
GENVENSIS EX LE. COM.
In Bononienſi Archigymnaſio Philoſophi Eminentis

ILLVSTRISSIMO
FEDERICO VBALDINO
Comiti &c. Dicata.



Patauij. Typis Iulij Criuellarij. MDCXL.
Superioribus Annuentibus.

Digitized by Google

[illegible]



[illegible]

ILLVSTRISSIMO
FEDERICO
COMITI VBALDINO

Fortunius Licetus B. A.

ALiger Amor, C. V. a priſco Vate Simmia Rhodio ſenex inuentus & celebratus eſt; qui non ad impudicam Venerem mortales œſtro libidinis violente rapiat, ſed ad veram Sapientiam humanos Intellectus leniter adducat, & ad pium Numinis vnius cultum voluntates no-

ſtras ſuauiter alliciat. Artificioſo ſiquidem ALARVM idyllio, ſub AMORIS æno mirabili Simmias inducit, celebrat-que Deum, æternum, vnum, optimum, præpotentem rerum omnium ab initio temporum Conditorem, ſummum Cæli Terræ Mariſque profundi Regem, & ſapientiſſimum Vniuerſi Moderatorem, arbitrumque iuſtiſſimum, ſua decora digne prædicantem. Ego ſane tenebricoſum hoc poematium aliquando conatus explicare poſt viros eruditione primarios, qui dudum ænigmatis abdita recludere ſtuduerunt, En cyclopædia qualicunque mea, forte non infelici ſucceſſu, dilucidare tentaui. Quem quidem ingenij mei fœtum, Vir eruditiſſime, publicum meæ erga Te obſeruantiæ ſignum eſſe volui, ſymbolumque gratitudinis hominis Tibi deuinctiſſimi ſuſcepto ſummo beneficio, quo nihil adhuc de Te meritum afficere voluiſti. Munuſculum forte, ſi

meam

meam partem aſpexeris, leuidenſe; cęterum ſublime grauiſſimumque, ſi Rhodianam; etenim de triplici Regno tractat, Aethereo, Terreſtri, & Infero, quæ tum ſimplici nutu Deus optimus inuiſibilis e Cælo moderatur, tum etiam viſibilis iſte Dei Vicarius gubernat in Terris: Regnum ſcilicet Eccleſiaſticum, quod nō inepte Cæleſte dixerim, vt in quo regimē habetur animarum ad æthercam beatitudinem collimantium: Regnum Politicū Prouinciarum Pontificiæ ditioni ſubiectarum, adeoque Terrenum: & Regnum inferum, quod Diui Petri Succeſſor acceptis a Chriſto Domino verendis Clauibus ad arbitrium claudit & reſerat humanis animis in Expiationis flammea cymba ſęuiſſimum mare ſubterraneum nauigantibus ad portum æternæ Beatitatis. Quibus ſane Regnis nunc apte gubernandis inuigilat, ingenti Chriſtianæ Reipublicæ bono, Termaximus ille Sacer-

do-

dotio Sapientia Principatu vere Celſiſſimus Heros VRBANVS OCTAVVS, qui propterea (forte non ſine Numine) tres myſticos Aureos Apum Reges in gentilitio ſtemmate geſtat. Quare non diffido meum hoc opuſculum a Te (Comes Illuſtriſſime) læta fronte benignaque manu ſuſceptum iri, quod & ipſum oraculis BARBERINI calami non ſemel ornauerim, ſatiſque fulciuerim: & Te non ſolum viderim elegantiſſime coluiſſe vetuſtam illam FRANCISCI BARBERINI Muſam Etruſcam; ſed etiam nunc agnoſcam merito ſuſpicere vnaque meum venerari MAFFEIAM iſtam in omni genere carminum incomparabilem eruditionem viuentis & vigentis Oloris, quæ ſola ſciuit, quæ ſola potuit furuas alta rubigine maculas, effœti temporis abortu pridem in ſacris hymnis exortas, eluere purgareque maximo diuinarum laudũ ornamento, maximo ſanctorum Va

tum

tum vetuſtiorũ emolumento. Propter quæ mentis Tuæ decora, ſed ſpeciatim ob integritatem vitæ morumque ſuauitatem iure chariſſimus es Vrbanis Apibus, quas vel Ariſtoteles ipſe dixit (allegorico fortaſſe vaticinio) munda puritate, plauſu ſonituque gaudere. Vale, vir eruditione probitateque non minus quam inclyto Proſapiæ genere ſpectabilis, & me Tibi deditiſſimum amare ne ceſſes. Dabam Bononiæ. MDCXL. 4. hiſt. 40.

E R R A T A

Pag. 1. lin. 6. grneratione-generatione 2. 1. Encyclopedia-Encyclopædia. *et ita ſemper* 3. 14. ſignrata-ſigurata 5. 20. adpiſci-adipiſci. 9. 17. vil-vel. 17. 6. hoc eſt.- hoc eſt, 22. 23 propter, propter- 23. 15. Tirannis-Tyrannis. 24. 24. quocunque-quodcunque. 34. 21. neſuſtis neſaſtus 46. 22- & *dele.* 47. 14. multis-mutili 51. 18. paæſtantiſſimo-præſtantiſſimo. 57. 9. Doſiadas. Simmias. 72. 1. autores-autore. 75. 25. eir-eis. ibid. 27. dici-di-ci: 85. 21. communicari-communicare. ibid. 22. diſſuſium-diſſuſiuum. 94. 4. de no deno.

Se-

SERIES CAPITVM.

PRæfatio ſcopum Autoris, & operis dignitatem, vtilitatem, ac difficultatem aperiens. Pag.1.

Proponitur Idyllium Alularum Amoris a Simmia Rhodio confectum Græce, ac triplici verſione Latio datum. Cap.I. 6.

Prima explicatio poematis Alulæ Amoris ab Auberio propoſita, decernens hoc Idyllio dici, Amorem eſſe principium rerum omnium genrabilium in genere cauſæ formalis, a materia, & a priuatione diſtinſtū Cap.II. 11.

Allata Auberii ſententia penditur, oſtendendo Simmiam hic Neceſſitatis nomine non ſignificaſſe Priuationem, prout tertium eſt rerum principium, à Forma & Materia contradiſtinctum; & Amorem non præ ſe ferre infinitas ſeculorum ætates, ac rebus omnibus eſſe natu maiorem Poetæ noſtro. Cap. III. 19.

Secunda expoſitio poematij Alulæ a Scaligero poſita, qui ſtatuit hic agi de Tellumone Terræ Numine. Cap.IV. 29

Adducta Scaligeri ſententia perpenditur. Cap. V. 29

Tertia Clariſsimi Viri declaratio longe diuerſa proponitur. Cap. VI. 31.

Expenditur explicatio eruditiſsimi Viri, ac ſpeciatim retinetur inſcriptio, Amoris Alula. Cap.VII. 49.

Proponitur interpretatio propria Simmiaci poematis, Alula Amoris nuncupati, demonſtrando Poetam in Idyllio ſub Amoris nomine myſtice Deum Summum introducere vt Optimum, de ſua mirabili generatione, deque Mundi totius primæua creatione, perenni conſeruatione, optimaque gubernatione loquentem. Cap.VIII. 58.

Peroratio totius operis. Cap. IX. 127.

ENCYCLOPAEDIA AD ALAS AMORIS DIVINI

A Simmia Rhodio compactas:

In quo Idyllio Poeta ſub Amoris nomine myſtice Deum introducit vt Optimum, de ſua æterna generatione, deque Mundi totius primæua creatione, perenni conſeruatione, mirabilique gubernatione loquentem.

PRÆFATIO,

Scopum Autoris, & operis dignitatem, vtilitatem, ac difficultatem aperiens.

QVum de ſummo Deo, ſupremoque Numine dudum tanquam de primo motore, a quo cuncta dependent, conſeruantur, & gubernantur, præter[a] *Ariſtotelem,*[b] *Platonem, & Marſilium*[c] *Ficinum, egerit etiam priſcus ille Simmias ab incolatu Rhodius cognominatus; Ariſtoteles Phyſicis rationibus, Plato & Platonicus Ficinus Theologicis potius meditationibus, & Simmias poeticis inuentionibus philoſophicas pariter atq; Theologicas ſpeculationes mira breuitate, miroq; artificio ænigmatice complectentibus; qui fuſius alibi Theoriam de primo motore Peripateticam excoluimus, quiq; nuper Securim Epei ab eodem Simmia Mineruæ cenſecratam, nobile poematium tractauimus: nunc à philoſophia non alie-*

a 8. Phyſ.
b in Sympos.
c com. in conu. Plat. or. 2.

A num

num duximus, aliud eiuſdem Vatis in eodem genere figu-
rati carminis technopægnium noſtra Encyclopædia diluci-
dare, in quo ſub titulo Ερωτος Πτερύγιον, Amoris Alula
veteris Philoſophiæ, antiquioriſq; Theologiæ dogmata pan
dens poeta tractat mirifice de mundanarum rerum omniū
origine, gubernatione, conſeruationeq; a ſummo Deo; quem
vt optimum & maximum conſiderans Amoris nomine nun
† dion. de diuin. nom. cap. 4. cupauit; cū † Areopogita noſtro, ac eius ſummā poteſtatem,
qua citiſſime cuncta perficit, inſinuans, Alarum ſymbolo
d 1. de part. an. cap. 5. non inepte vſus eſt in Idyllio. Neq; vero (vt ait d Ariſto-
teles de viliorum animalium diſputatione) priſcorum poe-
matia, quæ nonnulli reponere inter ludicra non dubitant,
faſtidio quodam puerili ſpernenda ſunt; ſed excolenda ma
xime ſummam ob ſui dignitatem cum pari vtilitate con
iunctam; quam ſemper exoſculati ſunt iure merito viri
graues & ſapientes; quum enim ſcriptorum monumenta di
e 1. de an. t. 1. gnitatem ſuam e duplici principio ſibi comparent e Ariſto-
tele doctore, quorum vnum eſt materiæ tractatæ nobilitas,
alterum vero tractionis diligentia & accuratio; quam vt
Ariſtoteles ipſe recte nuncupat ἀκρίβειαν, ita vetus inter-
pres non bene vertit certitudinem; quippe certior ſit Chi-
rurgia Medicinæ partibus alijs, Pharmaceutica nimirum
& Diætetia, illis tamen nobilitate longe concedit; a qui-
bus neq; fine diſcrepat, neq; ſubiecto. Porro ex hoc vtroq;
fonte veterum Technometra, quæ nos figurata carmina
pridē appellauimus, ac ſpeciatim hoc Alarum Amoris Idyl
lium a Simmia Rhodio compactum, magnam ſibi præſtan-
tiam haurire non difficile fuerit comprobare; nam vt pri-
mum fontem aperiamus, tergemina materia tractatur in
his antiquorum poematijs, nempe laudes Dei, vel Herois
alicuius

alicuius; Hiſtoriæ, rituſq; vetuſtatis; & diſciplinarum rerumq; mundanarum arcana; quorum vnumquodq; magnam in ſe continet excellentiam, contradicente nemine, ac non aſſentiente nemine; ac certe quid excellentius eſt, quam ſpeculari & collaudare Deum ſummum, quatenus ſub ratione optimi res omnes procreat, conſeruat, & mire gubernat? quod efficit Simmias in hoc ſuo Technopægnio Alarum Amoris. In ſecundo fonte mirabilem horum figuratorum carminum accurationem ac diligentiam nouit vel ipſe [f] Gyraldus, qui ea mirum ob artificium Technometra nuncupanda eſſe nobis inſinuauit. Sed nec ob aliam cauſam Diuus [g] Hieronymus, Venerabilis [h] Beda, & Ioannes [i] Cuſpinianus, vnanimes libellũ Publilij Optatiani Porphyeij talia ſignrata metra continentem appellauerunt inſigne volumen. Non mediocris eſt igitur dignitas Technometrorum veterum. Aſt eorundem maximam eſſe pariter vtilitatem deducere poſſumus ex eadem radice; ſiquidem hiſtoriam, & cognitionem rituum Antiquitatis hominibus eſſe perutilem nemo iure negauerit, nemoq; non affirmauerit; quum hiſtoria magiſtra ſit vitæ ciuilis, & priſci ritus notitia multos obſcuros veterum ſcriptorum ſenſus nobis dilucidare valeat. Laudes etiam Diuinæ, quibus mortales ad pietatem excitantur, eamq; colunt; & inſignium virorum Encomia, quibus homnes ad virtutis adeptionem inflammantur, & ad laudatorum herоum imitationem, næ mirificam præbent vtilitatem Reipublicę. Diſciplinarum conſimiliter myſteria, rerumq; naturalium proprietates & attributa noſse vtiliſſimum eſſe humano generi nemo iam iuerit inficias, qui mente valeat. Itaq; non ſolum excellit dignitate figuratum carmen Antiquo-

[f] 1. dial. de poet. hiſt.
[g] in chron.
vitæ Cõſt. mag.
[h] lib. de art. metr.
[i] in Conſt. vita.

rum, ſpeciatimq; noſtrum hoc Idyllium Alularum Amoris Diuini; ſed vtilitatem affert plurimam ſtudioſorum cœtui, totiq; pariter humano generi. Quare nulli mirum ſi viri graues in iſs pangendis aut explicandis occupati fuerint; etenim poſt antiquiſſimos illos huiſce carminis inuẽtores, Simmiam Rhodium dico, Nonarium Terrigenam vocatum, Theocritum Syracuſanum, & ſi placet ijs addere Publilium Optatianum Porphyrium; Rhabanus, Maurus, Beda Venerabilis, Auſonius Gallus, & alij pauci ſcriptores celebrati nominis, huiusmodi metra compegerunt, vetereſq; Scholiaſtes, & recentiores eruditi viri pleriq; talia technometra notis & commentationibus illuſtrarunt, ſapientiſſimus Chariophylacus Ioannes Pediaſimus, Ioannes Auratus, Gulielmus Canterus, Ioſephus Scaliger, Claudiuſq; Salmaſius, omnes in literario mundo celebres. Verum neq; dubitandum eſt de ſumma figurati carminis antiqui difficultate; quæ manet non ſolum autorem in eo rite conſtituendo, ſed etiam tum lectorem in eo recte legendo, tum auditorem in eius vero ſenſu intelligendo. Difficile quidem admodum eſt figuratum Idyllium autori, quin & imitatori ad conſtruendum ob ſummum artificiũ longiorum & breuiorum, immo longiſſimorum & breuiſſimorum verſuum ad amuſſim, qui debent apta proportione inuicem componi ad intentæ figurę pulchram repręſentationem, ſine verſuum vlla comploſione, diſtorſioneue turpi, ſine dictionum ſuffocatione, diuulſioneue infelici, ac ſine ſyllabarum luxatione lacerationeue miſera; quod quidem artificium his notis carens eſt patientię miſerrimę, vt ait Velſerus apud Optatianum, ac improbi laboris opus. Difficillimũ eſt etiam figuratum hoc metrum quandoq; Lector, quia

quia non ita conſtat vnde ſit exordiendum, qui verſus poſt primum legendus ſit, & qua via progrediendum: qui labor eſt in Securi Epei, in Ouo, & in Alula Amoris. Ac perdifficile ſemper eſt Auditoribus ad intelligendum Technometrum omne vetus, ob ſententiarum conciſionem, quę potius a longe inſinuantur, quam præſentes deſcribantur; ob crebras metalepſes orationem ęnigmaticam efficientes; ob hiſtorias obſoletas & inauditas, quæ leuiter attinguntur, nõ explicantur; & ob arcana Philoſophiæ, ſublimoriſq; ſapientię dogmata, quę multi ſermonis indiga pauciſſimis verbis notantur, ac veluti per tranſennam & nubem oſtendũtur; vt eadem prorſus ratione conſtet de ſumma præſtantia vtilitate, ac difficultate figurati carminis Antiquorum, qua pridem k *Ariſtoteles edocuit ſcientiam de anima eſſe tum dignitate in primis honorabilem, tum* l *vtilitate cunctis deſiderabilem, tum etiam* m *difficultate ſingulis admirabilem; quod epitheton his technometris attribuit Rhabanus inſcribens opus ſuum de metris mirabilibus. Age nunc omnem difficultatem hanc ſuperare nitamur, vt magnam vtilitatem adpiſci valeamus ex intellectione prẹſtantiſſimi poematij ſummi Dei miras laudes attingentis, & excelſas operationes erga res mundanas celebrantis.*

k l. 1. de ani t. 1.
l l. t. 2.
m t. 4. & ſeqq.

Pro-

Proponitur Idyllium Alularum Amoris à Simmia Rhodio confectum Græce, ac triplici verſione Latio datum.

CAPVT PRIMVM.

QVum in Ara veteres litaturi dudum ad percutiendas animalium victimas in ſacrificium oblatas paſſim vterentur Securi, [a] Gyraldi Porphyrijq; [b] teſtimonijs; merito poſt Aras, & Securim nos in præsẽtia Muſis litãtes explicare decet Alas Symbolicas; quæ animalis propriæ quædã partes eſſe videntur. Sub Alarum vero ſpecie priſcum legitur ænigmaticũ Epigrãma Simmiæ Rhodij in hanc ſẽtẽtiã:

a Syntag. 17.
b 2. de abſten. ab eſu carn.

Σιμμίου τοῦ Ῥοδίου Πτέρυγες Ἔρωτος, ἢ Πτερύγιον.

Λεῦσσέ με τὸν γᾶς τε βαθυστέρνου ἄνακτ' ἀκμονίδαν δ' ἄλλυδις ἑδράσαντα
Μηδὲ τρέσῃς ει τόσσος ὤν, δάσκια, βεβριθότα λάχνα φέρω γένεια
Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γενόμαν, ἁνίκ' ἔκριν ἀνάγκα
Πάντα δ' ὑπείκεσκε φρένεσσι λυγραῖς
Ἕρπεθ' ἅπανθ' ὅς ἕρπει
δι' αἴθρας

χάους τε
Οὔτε γε Κύπριδος παῖς
Ὠκυπέτας δ' αὐτὸς Ἔρως καλεῦμαι
Οὔτι γὰρ ἔκρινα βιάζειν, παράγω δὲ πειθοῖ
Γαῖα θαλάσσας τε μυχοί, ὠρανίων πᾶς τε θεός μοι εἶκε
Τῶν δ' ἐγὼ ἐκνοσφισάμην ὠγύγιον σκᾶπτρον ἐκράινατέ σφιν θέμιστας.

Quod

QVod quidem Idyllium varias habet lectiones, ac omnino tergeminas, vnam vulgatam ſeu Canteri, alteram Auberij, tertiam eruditiſſimi Salmaſii, quas hic annotare libuit; nam legit inſcriptionis titulum:

Vulgata, & Auberius Σιμμίου τοῦ Ῥοδίου πτερύγιον.

Salmaſius. Σιμμίου τοῦ Ῥοδίου πτέρυγες.

Verſu primo legit.

1 Vulgata. Λεῦσσέ με τὸν γᾶς τε βαθυστέρνου ἄνακτ' ἀκμονίδαν θ' ἄλυδες ἑδράσαντα.

Auberius. Λεῦσσε με τὸν γᾶς τε βαθυστέρνου ἄνακτ' ἀκμονίδαν, τὰν ἄλα θ' ἑδράσαντα.

Salmaſius. Λεῦσσέ με τὸν γᾶς τε βαθυστέρνου ἄνακτ' ἀκμονίδαν τ' ἀλλυδις ἑδράσαντα.

Verſu ſecundo legit.

2 Vulgata. Μηδὲ τρέσῃς εἰ τόσσος ὢν δάσκια, βεβριθότα, λαγνὰ φέρω γένεια.

Auberius. Μηδὲ τρέσῃς εἰ, τόσος ὢν δάσκια καὶ λάγνα φέρω γένεια.

Salmaſius. Μηδὶ τρέσῃς εἰ τόσος ὢν δάσκια βέβριθα λάχνα γένεια.

Verſu autem quarto legit.

Vulgata, & Auberius. Πάντα δ' ὑπείκεσκε φρένεσσι λυγραῖς

Salmaſius. Πάντα δὲ γᾶς εἶκε φραδαῖσι λυγραῖς

Verſu

Verſu quinto legit

vulgata & Auberius : Ἕρπεθ' ἅπανθ' ὅσ' ἕρπει

Salmaſius autem ſolus Ἑρπετὰ πάντ' ὅσ' ἕρπει

Verſu decimo.

Vulgata Οὔτε γὰρ ἔκρινα βίᾳ πραΰνειν πειθοῖ.

Auberius autem : Οὔτε γὰρ ἔκρινα βιάζειν πρᾴγω δὲ πειθοῖ.

Verſu vndecimo

Vulgata Εἶχοι τὲ μοι γαῖα, θαλάσσας τε μυχὸς, οὐρανός τε

Auberius : Γαῖα θαλάσσας τε μυχοὶ, οὐράνιον πᾶς τε θεός μοι εἶχει.

Verſu duodecimo

Vulgata; Τῶν δ' ἐγὼν ἐνοσφισάμην ὠγύγιον σκᾶπτρον κραιίδας θεοῖς δίμισας.

Auberius: Τῶν δ' ἐγὼν ἐκνοσφισάμην ὠγύγιον σκᾶπτρον, ἐκράηνατε σφιν δίμισας.

Salmaſius : Τῶν δ' ἐγὼν ἐκνοσφισάμαν ὠγύγιον σκᾶπτρον, ἔκραινον δὲ θεοῖς δίμισας.

Quare triplicem verſionem latinam habemus huius poematij, quarum vna ſequitur vulgatam lectionem, altera reſpicit contextum Auberij, tertia demum refertur ad lectionem a Salmaſio probatam; quarum ſingulas operæ precium eſſe duximus in medium afferre. Porro vulgata verſio ſic ſe habet,

S im-

SIMMIAE RHODII ALAE.

Intuere me,qui sũ telluris vaſti thoraeis rex,cœlũq: & mare qui cõdidi.
Neq; horreas ſi(quum ſim tãtus)déſũ & hirſutũ fero mentũ:
Tunc enim ego natus ſum quãdo viſum eſt neceſsitati:
Omnia autem obediebant conſilijs exitioſis,
Reptilia omnia quæcunque ſerpunt
Aeris Regionẽ

Et Chaos.
Neque vero *ſum* VENERIS filius:
Pernix tamen ipſe AMOR nominor:
Neq; enĩ iudicaui violentia,mãſuefacio autẽ pſuaſione.
Cedebatq; mihi Tellus , Mariſque receſsus, cælumque.
Ab his ego remoui vetus ſceptrum , & conſtitui ipſis iura .

IN qua quidem translatione obſeruamus non bene verſum fuiſſe verbũ tituli πτερύγιον,in vocem Alæ , nam verti debuiſſet *Alula* . Imo vero titulus inſcriptionis ad verbum ita verti debebat : *Simmia Rhodij Alæ Amoris*, *vel Alula*, quod vitium in vulgata verſione a Gulielmo Cantero ex Ioanne Aurato propoſita commiſſum non euitauit Auberius in ſua traductione ſimiliter inquiens .

SIMIAE RHODII ALAE.

Aſpice me, terræque vaſti-thoracis regem, cælum, mareque qui fundaui.
Neque horreas, ſi tantulus denſam & hirſutam fero barbam.
Tunc enim ego natus, quando viſum eſt Neceſsitati:
Omnia autem parebant voluntati grauiſsimæ,
Animalia omnia quæcumque peragrant
Aeris regionē

Et Chaos.
Neque vero ſum CYPRIDIS filius,
Pernix tamen ipſe AMOR nominor;
Nihil enim conſtitui cogere, deduco autem perſuaſione.
Terra, mariſque receſsus, cæleſtium quilibet etiam Deus mihi cedit:
Ab his ego remoui antiquum ſceptrum, conſtituique ipſis iura.

CAEterum ex inclyto Salmaſio longe variam habemus latinam verſionem, quæ ad verbum illius contextui reſpondens ita ſe habet iuxta verſionem Soueri noſtri, qui Salmaſiani contextus normam ſecutus Epigramma ſic deſcripſit.

SIM-

SIMMIAE RHODII ALAE.

Aſpice me terræ profundi pectoris regem, cœlumq; aliter conſtituentem:
Neque timueris ſi tantulus vmbroſum grauo lana mentum.
Tunc enim ego genitus ſum quando iudicauit neceſsitas;
Omnia vero Terræ parent conſilijs grauibus:
Volucres omnes quæ repunt
In æthere
Et Chao.
Sed celeriuolus ipſe Amor vocor
Neque ego CYPRIDIS puer:
Non enim judico violenter, ſed lenio perſuaſione:
Paret mihi terra, & maris penetrale, cælumque æreum:
Illorum vero ego alienaui antiquum ſceptrum, imperaui autẽ Dijs leges.

Prima explicatio poematis Alulæ Amoris ab Auberio propoſita, decernens hoc Idyllio dici Amorem eſſe principium rerum omnium generabilium in genere cauſſæ formalis, a materia, & a priuatione diſtinctum. Caput II.

CLaudius Auberius notæ vir eruditionis ita ſuperius epigramma Simmiæ dilucidauit: „ (Hypotheſis, inquit, Alarum Simmiæ Rhodij. Quum veteres philoſophi qui ante Ariſtotelẽ vixerunt, in ſumma ignoratione principiorum naturalium verſarentur, alijq; alia ſtatuerent principia, nec ſibi ipſis conſtarent; vnus aut alter repertus eſt, qui cauſam aliquam compellente quaſi veritate ſtatuerit. Ac Anaxagoras quidem Mentem dixit eſſe cauſam: prius etiam inueſtigauit cauſam Hermotimus. Sed primum cauſam τοιαύτην ὅθεν ἡ κίνησις, hoc eſt: cauſam *huiuſmodi unde motus*, Heſiodũ inueſtigare veriſimile eſt, & ſi quis alius Ἔρωτα

,, Amorem, ſeu Ἐπιθυμία *cupiditatem*, vt principium
,, rerum omnium propoſuit. Hos igitur ſecutus poe-
,, ta noſter inducit ἔρωτα, *Amorem* ipſum Alatum,
,, hirſutum & hiſpidum, qui ſui originem narrat,
,, ſeq; omnium primum, aliorumq; omnium, atq;
,, deorum ipſorum autorem aſſerit: Se quidem non
,, eſſe Cupidinem illum Veneris filium & imbecillem,
,, & effœminatum; ſed ἔρωτα, *Amorem* illũ qui omnia
,, vindicarit in libertatem formæ, quæ olim fatali &
,, deformi priuationis imperio coercebatur. Se deni-
,, que omnibus iura ſtatuiſſe, legeſque dediſſe prædi-
,, cat. *Adiicitq; ſtatim Auberius:* Scholia in Alas Sim-
,, miæ Rhodiis *ſubdens*, Quum Hypotheſis ipſa de-
,, beat eſſe ſimplex clara, & perſpicua, noluimus no-
,, ſtram πτερυγίῳ *Alulæ* hypotheſin onerare teſtimoniis
,, & autoritatibus veterum, ſed conſulto in hunc
,, locum diſtulimus. Ac primum quidem Ariſtotelem
,, teſtem locupletiſſimum laudabimus, qui libro τῶν
,, μετὰ τὰ φυσικὰ α. *Metaphyſicorum primo* ea ſcripta
,, reliquit quæ interpretationi huius πτερυγίῳ *Alulæ*
,, magnam lucem afferre poſſunt. Primum oſtendit
,, veteres phyſicos quum ordinem in rerum natura
,, mirabilem animaduerterent, compellente veritate
,, cauſam aliquam inueſtigaſſe: Μετὰ δὲ τούτους καὶ τὰς
,, τοιαύτας ἀρχὰς, ὡς οὐχ ἱκανῶν οὐσῶν γεννῆσαι τὴν τῶν ὄντων
,, φύσιν, πάλιν ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ὥσπερ εἴπομεν ἀναγκα-
,, ζόμενοι, τὴν ἐχομένην ἐζήτησαν ἀρχὴν, τοῦ γὰρ εὖ καὶ καλῶς
,, τὰ μὲν ἔχειν, τὰ δὲ γίγνεσθαι τῶν ὄντον, ἴσως οὔτε γῆν οὔτ'
,, ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, οὔτ' εἰκὸς αἴτιον εἶναι, οὔτ' ἐκείνους οἰκὸς
,, οἰηθῆναι. οὐδ' αὐτῷ αὐτομάτῳ καὶ τύχῃ τοσοῦτον ἐπιτρέψαι
πρᾶγμα

πρᾶγμα καλῶς ἔχειν. hoc eſt. [a] *Poſt hos autem & huiuſmodi principia tanquam non ſufficientia, vt entium naturam generarent, rurſus ab ipſa veritate vt diximus coacti, illud, quod ſequitur quæſiuerunt principiũ: vt enim entia bene ſe partim habeant, partim fiant, fortaſſis nec terram, nec aliud huiuſmodi quicquam veriſimile eſt cauſam eſſe: nec illos veriſimile eſt arbitrari: nec rurſus caſui & fortunæ tantam attribuere rem probe ſe habet.* Deinde docet Anaxagoram νοῦν, *mentem* ſtatuiſſe cauſam, & ante hunc Hermotimum Clazomenium cauſæ meminiſſe. Νοῦν δή τις εἰπὼν καθάπερ ἐν τοῖς ζώοις, καὶ ἐν τῇ φύσει τὸν αἴτιον καὶ τοῦ κόσμου, καὶ τῆς τάξεως πάσης οἷον νήφων ἐφάνη, παρ' εἰκῆ λέγοντας τοὺς πρότερον. φανερῶς μὲν οὖν Ἀναξαγόραν ἴσμεν ἁψάμενον τούτων τῶν λόγων. Αἴτιον δὲ ἔχει πρότερον Ἑρμότιμος ὁ Κλαζομένιος εἰπεῖν. hoc eſt. *Quare qui vt in animalibus ita in tota natura intellectum ineſſe cauſam mundi, totiuſque ordinis dixerat, quaſi ſobrius comparatus ad antiquiores vana dicentes apparuit. Iſtas autem rationes qui palam attigit, Anaxagoram fuiſſe ſcimus: attamen Hermotimus Clazomenius dicitur cauſam prius dixiſſe.* Poſtremo docet non defuiſſe qui talem cauſam inueſtigarent, vnde motus ineſſet rebus, vt qui Ἔρωτα *Amorem*, & Ἐπιθυμίαν *Cupidinem* cauſam eſſe voluerunt. Οἱ μὲν οὖν οὕτως ὑπολαμβάνοντες ἅμα τῷ καλῶς τὴν αἰτίαν ἀρχὴν εἶναι τῶν ὄντων, ἔθεσαν καὶ τὴν τοιαύτην ὅθεν ἡ κίνησις ὑπάρχει τοῖς οὖσιν. ὑποπτεύσειε δ' ἄν τις Ἡσίοδον πρῶτον ζητῆσαι τὸ τοιοῦτον κἂν εἴ τις ἄλλος Ἔρωτα ἢ ἐπιθυμίαν ἐν τοῖς οὖσιν ἔθηκεν ὡς ἀρχὴν, οἷον καὶ Παρμενίδης. καὶ γὰρ οὗτος κατασκευάζων τὴν τοῦ παντὸς γε-

[a] 1. Metaſum. 2. c. 2.

γένεσιν, πρῶτον μὲν, φησὶν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων. Ἡσίοδος δὲ, Πάντων μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα Γαῖ' εὐρύστερνος. ἠδ' Ἔρος ὃς πάντεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισιν. ὡς δέον ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τινὰ αἰτίαν, ἥτις κινησε: καὶ συνέξει τὰ πράγματα. idest. *Qui igitur ita arbitrati ſunt principium entium poſuerunt ſimul tam cauſam ipſius bene, quam illam vnde motus entibus ineſt. Suſpicaretur autem aliquis Heſiodum primum hoc quæſiuiſſe, & ſi quis alius Amorem aut Deſiderium in entibus vt principium poſuit, ſicuti Parmenides; etenim is vniuerſi generationem monſtrando, primum quidem inter omnes deos Amorem, ait, produxit. Heſiodus vero ante omnia fuiſſe Chaos, deinde terram ſpacioſam atque Amorem, qui inter omnes immortales elucet, tanquam opportunum ſit vt in entibus aliqua cauſa inſit, quæ res ipſas moueat atque contingat.* Hactenus Ariſtotelis verba, quæ nullo modo potuimus prætermittere. Reliqua deinceps ſigillatim declarabimus.

Λεῦσσε με τὸν γᾶς τε βαθυστέρνου] ſententia, Intuere me qui ſum rex totius terrarum orbis, quiq; cœlum & mare ipſum condidi. Hæc Ἔρως *Amor* ipſe de ſe dicit. Quod autem Ἔρως *Amor*, ſit alatus, & vniuerſum hoc ediderit, intelligemus ex Ariſtophanis loco, qui eſt in Comœdia ὀρνίθων, *Auium, quo loco* ὄρνιθες, Aues gloria & prædicatione ſe efferunt, ὅτι εἰσὶ Ἔρωτος γένος *quod eſſent Amoris genus.*

Προσέχεται τὸν νοῦν τοῖς ἀθανάτοις ἡμῖν αἰὲν ἐοῦσι

τοῖς αἰθερίοις τοῖσιν ἀγήρως, τοῖσιν ἄφθιτα μηδομένοισιν,

ἵνα ἀκούσαντες πάντα παρ' ἡμῶν ὀρθῶς περὶ τῶν μετεώρων

φύσιν οἰωνῶν, γένεσίν τε θεῶν, ποταμῶν τ' ἐρέβους τε χάους τε.
εἰδότες ὀρθῶς, Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ κλάειν εἴπητε τὸ λοιπόν:
χάος ἦν καὶ νὺξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ τάρταρος εὐρύς,
Γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις
τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠὸν,
Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός,
Στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν. εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις
Οὗτος δὲ χάει πτερόεντι μιγεὶς νυχίῳ, κατὰ Τάρταρον εὐρὺν
Ἐνεόττευσε γένος ἡμέτερον, καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν ἐς φῶς.
Πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων πρὶν Ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα
Ξυμμιγνυμένων δ' ἑτέρων ἑτέροις γένετ' οὐρανὸς, Ὠκεανός τε
καὶ γῆ, πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον. ὧδε μέν ἐσμεν
Πολὺ πρεσβύτατοι πάντων μακάρων. ἡμεῖς δ' ὡς ἐσμὲν Ἔρωτος,
Πολλοῖς δῆλον. πετόμεσθα γὰρ, καὶ τοῖσιν Ἔρωσιν σύνεσμεν *id eſt.*

Adhibete mentem immortalibus nobis ſemper exiſtētib.
Aethereis, inſeneſcentibus, incorruptibilia curantib.
Vt audientes omnia a nobis recte de altis
Naturam auium, generationemque deorum, fluuiorumque, Erebique, Chaiq;
Scientes recte Prodico a me flere dicatis in futurum.
Chaos erat, & nox; Erebuſq; niger primum, & Tartarus latus,
Terra autem, neque aer, neque cælum erat; Erebi autem in infinitis ſinibus
Parit primum ventoſum Nox nigra Ouum:
Ex quo perfectis temporibus pullulauit Amor deſiderabilis
Splendidus humero, Alis aureis, ſimilis ventoſis velociter volutionibus.
Hic autem Chao alato miſtus, nocturno in Tartaro lato

Fecit

,, *Fecit genus noſtrum, & primo reduxit in lucem.*
,, *Prius autem non erat genus immortalium, antequam Amor commiſcuit omnia.*
,, *Commiſtis autem alteris alteris, factum eſt cælum, Oceanuſque,*
,, *Et terra, omniumq; deorum beatorum genus incorruptibile; ſic quidem ſumus*
,, *Multo antiquiſſimi omnium beatorum; nos autem quod ſumus Amoris,*
,, *Multis manifeſtum, volamus, & amantibus conſumus.*
,, Μηδὲ Τρέσης εἰ, τόσος ὤν) Sententia. Noli exhorreſcere
,, quiſquis me vides & intueris, quod hirſutus & hi-
,, ſpidus ego ſim, præ me ferens infinitas ſeculorum
,, ætates. Mirum certe non eſt, quum me ætate gran-
,, dior nullus ſit. Quare quum dixit τόσος ὤν, *tantus exi-*
,, *ſtens*, perinde ac ſi dixiſſet τηλικοῦτος ὤν, *tam ſenex exi-*
,, *ſtens*, quum præſertim adeo ſim grandæuus. Πρότε-
,, ρον δ᾽ οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν Ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα, vt
,, diximus, hoc eſt: *Prius autem non erat genus immor-*
,, *talium, antequam Amor commiſcuit omnia.*
,, Τᾶμος γὰρ γενόμαν) Quomodo natus Ἔρως, *Amor*, ante
,, vidimus. τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν. Ἐξ οὗ
,, περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός. ideſt. *Parit pri-*
,, *mum ventoſum nox nigra Ouum. Ex quo perfectis tem-*
,, *poribus pullulauit Amor deſiderabilis.* Tunc igitur in-
,, quit, natus ſum quum ita viſum eſt neceſſitati, περι-
,, τελλομέναις ὥραις, perfectis temporibus, hoc eſt: ſubla-
,, to impedimento priuationis, qua permanente naſci
,, non poteram. Sed quum veteres illi propter ἀπαιδευ-
,, σίαν, ideſt; *imperitiam*, inſcitiamue non poſſent di-
ſtin-

,, ſtincte cernere materiam, formam, & priuationem;
,, idcirco, monſtra opinionum obtruſerunt; atque
,, Noctem ἀνάγκην, id eſt *Neceſſitatem* & Ἔρωτα *Amorem*
,, ipſum commenti ſunt. Quumque duplex ſit ἀνάγκη
,, (ἡ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν καὶ τὴν ὁρμήν, ἡ δὲ βιαία ἡ παρὰ τὴν ὁρμήν)
,, hoc eſt. Neceſſitas; hæc quidem eſt enim ſecundum
,, naturam & appetitum, affectumue ſiue impulſum;
,, hæc autem violenta, ſeu contra inclinationem &
,, appetitum. Dixerunt obſcure ἀνάγκην, *neceſſitatem*
,, fuiſſe βιαίαν καὶ κακοποιὸν, *violentam & maleficam* illam,
,, quæ impediret ortum rerum.
,, Πάντα δ' ὑπείρεσχε φρένεσσι λυγραῖς) Sententia: Priuatio
,, illa in materia neceſſario coercebat omnia; priuſ-
,, quam exortus eſſem ego; qui res omnes in lucem
,, edidi. Quare verba hæc φρένεσσι λυγραῖς, ſeu λυκταῖς,
,, voluntati grauiſſimæ ſeu intolerabili referéda ſunt
,, ad priuationem, quę adhæreſcebat materiæ primæ;
,, quam priuationem, vt diximus, nullus veterum præ
,, ter Ariſtotelem aperte & clare videre potuit. Quā-
,, obrem obſcure etiam hic exprimitur; Cur autem ap
,, pellet φρένας λυγρὰς, *voluntatem grauiſſimam*, ſeu *men-*
,, *tem maleficam* & *intolerabilem* ex Ariſtotelis loco
,, quodam intelligemus φυσικῆς ἀκροάσεως α. *Phyſicę au-* b t.80.81]
,, *ſcultationis primo ſub* b *finem.* ἡ μὲν γὰρ ὑπομένουσα τῇ Μορφῇ
,, συναιτία τῶν γιγνομένων ἐστὶν, ὥσπερ Μήτηρ· ἡ δ' ἑτέρα μοῖρα τῆς
,, ἐναντιώσεως πολλάκις ἂν φαντασθείη τῷ πρὸς τὸ κακοποιὸν αὐτῆς
,, ἀτενίζοντι τὴν διάνοιαν, οὐδ' εἶναι τὸ παράπαν. ὄντος γὰρ τινος
,, θείου καὶ ἀγαθοῦ καὶ ἐφετοῦ, τὸ μὲν ἐναντίον αὐτῷ φαμὲν εἶναι. τὸ δὲ ὃ
,, πέφυκεν ἐφίεσθαι καὶ ὀρέγεσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν. hoc eſt: Per-
,, manens enim cum forma, cauſa eſt eorum quæ fiunt

„ ſicut mater, altera vero pars contrarietatis ſæpe per imaginationem videbitur ad maleficium ipſius intendenti intellectum, & non eſſe penitus. Exiſtente enim quodam diuino & bono & appetibili, aliud quidem contrarium ipſi dicimus eſſe; aliud autem quod natura aptum eſt appetere, ac deſiderare ipſum ſecundum *ſuam ipſius naturam*. Quo in loco contra Platonem aſſerit Materiam nequaquam eſſe non ens, quum ſit ὥσπερ Μήτηρ τῶν γινομένων καὶ συναιτία. hoc eſt: ſicut mater eorum quæ fiunt, & concauſa. Priuatio potius non ens eſſet appellanda. eſt enim κακοποιὸς, ideſt *malefica* priuatio. Contra forma ipſa (quam iſti vocant Ἔρωτα, *Amorem*) eſt ἀγαθοποιὸς, benefica. Quod ſi materia eſſet non ens; & proinde malum; materia appetens formam appeteret bonũ, hoc eſt; ſui interitum. Ex his intelligimus illud λυγρῇς φρένεσσι, hoc eſt *grauiſſimæ voluntati* referendũ eſſe ad priuationem; quam veteres vt aperte nunquam mente peruiderunt, ita obſcure verbis adumbrarunt, propter ἀπαιδευσίαν, hoc eſt ignorantiam, ut dictum eſt.

„ Ἔρπετὰ πάντ' ἐν ἔρωτι) Nempe animalia omnia, quæ tunc nondum erant, nunc vero ſunt, peragrantque aerem & terram: nam ἑρπετὸν & ζῶον. *reptile & animal* nonnunquam idem ſignificant; quamuis ζῶον, *animal*, proprie latius pateat quam ἑρπετὸν, hoc eſt, *reptile*.

„ Τῶν δ' ἐγγονέθεσιν εἰσάμην) Duo præcedentes & hic verſus mirum in modum corrupti legebantur: nam verba Scholiaſtæ pro veris & genuinis poetæ verbis ſub-

ſtituta

,, ſtituta fuerunt; quædam etiam ipſius poetæ verba
,, ex ſuo loco in alterum translata. Sententia huius
,, verſus hæc eſt: Totum hoc vniuerſum atque adeo
,, Deos ipſos liberari vetere illo triſtiſſimo Priuatio-
,, nis imperio; ipſe quoque iura & leges omnibus con
,, ſtitui. Quare de vniuerſo genere rerum bene meri-
,, tus ſum. Cæterum κραίνω *perago, exequor, conſtituo,*
,, verbum eſt poeticum. τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ Iliad. pri- c Ver.41.
,, mo.[c] hoc eſt. *hoc mihi perfice deſiderium.* Verſus om-
,, nes ſunt Choriambici, qui Bacchio clauduntur; &
,, gradatim decreſcunt ad vnicum vſque Bacchium,
,, Vnius Alæ primum verſum primo alterius retulit
,, poeta, ſecundum ſecundo, tertium tertio, & ſic de-
,, inceps.

Ita poematium Alulæ Amoris a Simmia Rhodio compactum explicabat eruditiſſimus Auberius.

Allata Auberii ſententia penditur, oſtendendo Simmiam hic Neceſſitatis nomine non ſignificaſſe Priuationem, pro ut tertium eſt rerum principium, a Forma & Materia contradiſtinctum; & Amorem non præ ſe ferre infinitas ſæculorum ætates, ac rebus omnibus eſſe natu maiorem poetæ noſtro. CAPVT III.

ETſi vero mirifice cõferant ad poematii Alulæ Simmiæ intelligentiam eruditi viri cogitata nuper allata, non tamen ſufficiunt ad totum hoc epigramma ſatis enucleandum; multa ſiquidem adhuc deſiderantur, quæ totius Idyllii ſenſum apertius explicent. Quare fuerit hæc apparatio ad explicationem Alulæ, non

eius abſoluta explicatio. Deinde non accipimus Amorem hic a Simmia ſecuto vetuſtiorum ſententias, potiſſimum a Heſiodi, & Hermotimi Clazomenii, poni
a 1. Meta. ſum.2.c.2. principium rerum omnium, a priuatione atque a materia diſtinctum in genere cauſæ formalis; quia formã tertium rerum generabilium principium non agnouerunt antiquiores, vt Ariſtoteles ipſe conteſtatur, aſſerens priſcos philoſophos Platone ſeniores totam entium naturam, vniuerſamque rerum ſubſtantiam, & omne principium in ſola materia collocauiſſe; quam ſolam perpetuo manere dicebant impermutabilem; formæ ſubſtantialis, aut priuationis non meminiſſe; quum cætera omnia præter materiam ponerent eſſe diſpoſitiones & accidentia in continua mutatione degentia; proindeq; procul a ratione principii, cui dabãt
b 2. Phyſ. t.7.&.9.10 naturam impermutabilem, ait enim ſua lingua. b Δοκεῖ δὲ ἡ φύσις καὶ ἡ οὐσία τῶν φύσει ὄντων, ἐνίοις εἶναι τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον ἑκάστῳ ἀρρύθμιστον καθ᾽ ἑαυτὸ, οἷον κλίνης φύσις τὸ ξύλον. ἀνδριάντος δ᾽ ὁ χαλκός. σημεῖον δέ φησιν Ἀντιφῶν, ὅτι εἴτις κατορύξειε κλίνην, καὶ λάβοι δύναμιν ἡ σηπεδὼν ὥστε ἀνεῖναι βλαστὸν, οὐκ ἂν γένεσθαι κλίνην, ἀλλὰ ξύλον. ὡς τὸ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχον, τὴν κατὰ νόμον διάθεσιν, καὶ τὴν τέχνην. τὴν δ᾽ οὐσίαν οὖσαν ἐκείνην, ἣ καὶ διαμένει ταῦτα πάσχουσα συνεχῶς. εἰ δὲ καὶ τούτων ἕκαστον πρὸς ἕτερόν τι, ταυτὸ τοῦτο πέπονθεν (οἷον ὁ μὲν χαλκὸς καὶ ὁ χρυσὸς πρὸς ὕδωρ, τὰ δ᾽ ὀστᾶ καὶ ξύλα πρὸς γῆν, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὁτιοῦν) ἐκεῖνα τὴν φύσιν εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῶν. διόπερ οἱ μὲν γῆν, οἱ δ᾽ ἀέρα φασὶν, οἱ δὲ ὕδωρ, οἱ δ᾽ ἔνια τούτων, οἱ δὲ πάντα ταῦτα τὴν φύσιν εἶναι τὴν των ὄντων. ὁ γαρ τις αὐτῶν ὑπέλαβε τοιοῦτον, εἴτε ἓν εἴτε πλείω, τοῦτο καὶ τοσαῦτα φασὶν εἶναι τὴν ἅπασαν οὐσίαν. τὰ δ᾽ ἀλλὰ πάντα πάθη τούτων, καὶ ἕξεις, καὶ διαθέσεις. καὶ τούτων μὲν ὅτι οὖν εἶναι ἀΐδιον. οὐ γὰρ εἶναι μεταβολὴν αὐτοῖς

ἐξ

ἐξ αὐτῶν, τὰ δ' ἄλλα γίγνεσθαι καὶ φθείρεσθαι ἀπειράκις. hoc eſt.
,, Videtur autem nonnullis natura & ſubſtantia eo- t.7.
,, rum, quæ natura ſunt, eſſe quod primum ineſt vni-
,, cuique, non formatum per ſemetipſum, vt lecti na-
,, tura lignum, ſtatuæ autem æs; ſignum autem dixit
,, Antiphon, quoniam ſi aliquis defoderit lectum, &
,, accipiat potentiam putredo vt ſit germen, non vtiq;
,, fieri lectum, ſed lignum; tanquam quod ſecundum
,, accidens eſt, eſſe diſpoſitionem ſecundum legem, &
,, artem. Subſtantiam autem eſſe illam, quæ etiam
,, permanet, hæc patiens continue. Si autem horum t.8.
,, vnumquodque ad aliud aliquid idem hoc paſſum
,, eſt (vt æs quidem & aurum ad aquam, oſſa autem
,, & ligna ad terram, ſimiliter auté & aliorum quod-
,, libet) illa naturam eſſe, & ſubſtantiam ipſorum.
,, Quocirca ſane hi quidem terram, alii vero ignem,
,, alii aerem dicunt, quidam autem aquam; quidam t.9.
,, vero quædam horum; quidam autem omnia hæc
,, naturam eſſe eorum quæ ſunt. Quod enim aliquis
,, ipſorum exiſtimauit huiuſmodi, ſiue vnum, ſiue
,, plura, hoc & tot dicit eſſe omnem ſubſtantiam. alia
,, autem omnia paſſiones iſtorum, & habitus, & di-
,, ſpoſitiones. Et horum quidem quodlibet eſſe per-
,, petuum; non enim eſſe mutationem ipſis ex ſeipſis;
,, alia autem fieri & corrumpi infinities.

Deinceps non damus viro doctiſſimo veteres ante Platonem agnouiſſe obſcure priuationem; quia re vera nullam eos priuationis notitiam habuiſſe, ſolumq; Platonem primum eam tetigiſſe, at non ſufficienter te- c 1: Phyſ. t. 71. & ſeqq. ſtatus eſt idem c Ariſtoteles apertiſſime dicens. Πόσαι

μὲν

μὲν οὖν καὶ τίνες εἰσὶν αἱ ἀρχαὶ ἐκ τούτων θεωρείσθω. Ὅτι δὲ μοναχῶς οὕτω λύεται καὶ ἡ τῶν ἀρχαίων ἀπορία λέγομεν μετὰ ταῦτα. ζητοῦντες γὰρ οἱ κατὰ φιλοσοφίαν πρῶτοι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν φύσιν τὴν τῶν ὄντων ἐξετράπησαν· οἷον, ὁδόν τινὰ ἄλλην ἀπωσθέντες ὑπὸ ἀπειρίας. καί φασιν οὔτε γίγνεσθαι τῶν ὄντων οὐδὲν, οὔτε φθείρεσθαι, διὰ τὸ ἀναγκαῖον μὲν εἶναι γίγνεσθαι τὸ γιγνόμενον, ἢ ἐξ ὄντος, ἢ ἐκ μὴ ὄντος· ἐκ δὲ τούτων ἀμφοτέρων ἀδύνατον εἶναι. οὔτε γὰρ τὸ ὂν γίγνεσθαι. εἶναι γὰρ ἤδη. ἔκ τε μὴ ὄντος οὐδὲν ἂν γίγνεσθαι. ὑποκεῖσθαι γάρ τι δεῖν, καὶ οὕτω δὴ τὸ ἐφεξῆς συμβαῖνον αὔξοντες, οὐδ' εἶναι πολλά φασιν, ἀλλὰ μόνον αὐτὸ ὄν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ταύτην ἔλαβον τὴν δόξαν διὰ τὰ εἰρημένα. id eſt. *Quot igitur, & quæ ſint principia ex his conſideretur. Quod autem vnico modo ſic ſoluitur & Antiquorum dubitatio, dicamus poſt hac. Quærentes enim Philoſophi primi veritatem, & naturam entium, conuerſi ſunt velut in viam quandam aliam depulſi ob inexperientiam; dicuntq; neque fieri eorum quæ ſunt ullum, neque corrumpi, propterea quod neceſſarium eſt fieri quod fit, aut ex eo quod eſt, aut ex eo quod non eſt; ex his autem vtriſque impoſſibile eſſe; neque enim quod eſt fieri; eſſe enim iam: & ex eo quod non eſt, nihil utique fieri; ſubiici enim quippiam oportet. & ſic itaque quod conſequenter accidit augentes, neque eſſe multa dicunt, ſed tantum ipſum quod eſt. illi ergo talem acceperunt opinionem propter, ea quæ dicta ſunt.* Antiqui ergo priuationem non cognouerunt vllo modo, quæ medium quid eſt inter ens ſimpliciter, & non ens ſimpliciter: quum ipſi cognoſcerent ſolum ens ſimpliciter, extra quod nihil ponebant; ideoque propoſitum dilemma de rerum ortu & interitu ſoluere, propoſitumq; problema de rerũ multitudine ſaluare neſciebant. Quod & Antiphanes apud [d] Athenæum conteſtatur inquiens. κατὰ γὰρ τὸν Ἀντιφάνους Κλεοφάνη,

d lib. 3. cap. 20.

. . . .

. . . . τὸ δὲ τυραννεῖν ἐστιν, ὦ
Τί δή ποτε τὸ σπουδαῖον, ἀκολουθεῖν, ἔρις
Ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν. ἢ διαλέγεσθαι
Ἀσίτιον, συκίνων λέγοντ' ὅτι,
τὸ πρᾶγμα τοῦτ' οὐκ ἔστιν οὔπερ γίνεται.
Οὐδ' ἔστι γὰρ πω γενόμενον ὅπερ γίνεται.
Ἔστι γὰρ οὐκ ὂν οὐδέν. ὃ δὲ μὴ γέγονέ πω
Οὐκ ἔστιν ὥσπερ γέγονε. ὃ δὲ μὴ γέγονέ πω
Ἐκ τοῦ γὰρ εἶναι γέγονεν. εἰ δ' οὐκ ἦν ὅθεν,
Πῶς ἐγένετ' ἐξ οὐκ ὄντος; οὐκ οἷόν τε γάρ.
Εἰ δ' αὐτόθεν ποι γέγονε, οὐκ ἔσται πάλιν.
Καίτοι δὲ πω τὶς εἴποθεν γενήσεται.
Ταυτὶ δ' ὅτ' ἐστὶν, οὐδ' ἂν Ἀπόλλων μάθοι.

hoc eſt: *Nam quod apud Antiphanem Cleophanes ait.*

„ . . . . *Tirannis eſt*
„ *Quid nam ſit honeſtum ac ſequendum*
„ *In Lyceo cum Sophiſtis altercari, vel cum dialecticis*
„ *Ieiunis & ficulneis rixari, ac dicere:*
„ *Hęc res nondum eſt, ſi adhuc fiat:*
„ *Nondum enim factum eſt quod adhuc fit.*
„ *Nec, ſi antea fuit, iam id eſt quod nunc fit*
„ *Nihil enim eſt quod non ſit: quod vero nondũ eſt factũ,*
„ *Id ipſum non eſt quod factum eſt, nam ſi non eſſet*
„ *Quo pacto fieret ex eo quod nõ eſſet? hoc ſane fieri nequit.*
„ *Quod ſi ex illo factum eſt, amplius futurum illud nõ eſt.*
„ *Dixerit fortaſſe quiſpiam: ſi ex alieno fiat*
„ *Quod non eſt, in id quod non eſt minime occidet:*
„ *Qualia hac ſint ne Apollo quidem intelligat.*

Quod vltimum inter Paroemias attexuit Adagio-graphus. Quare iam ſatis apparet, Antiquos Priua-

tio-

tionis, quæ medium quid eſt inter ens, & nihil, vnde ſoluitur allatum argumentum, nullam omnino cognitionem habuiſſe. Quod inſuper ex Ariſtotele conſtat Priuationem ex rei natura inueniente; ac ex ea propoſitum ſyllogiſmum diluente in hanc ſententiam.

c 1.phyſ.t. 73. c ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι τὸ ἐξ ὄντος, ἢ μὴ ὄντος γίγνεσθαι, ἢ τὸ μὴ ὄν, ἢ τὸ ὂν ποιεῖν τι ἢ πάσχειν, ἢ ὅτι οὖν τόδε γίγνεσθαι, ἕνα μὲν τρόπον οὐδὲν διαφέρει, ἢ τὸ τὸν ἰατρὸν ποιεῖν, καὶ πάσχειν· ἢ τὸ ἐξ ἰατροῦ εἶναί τι, ἢ γίγνεσθαι. ὥστ᾽ ἐπειδὴ τοῦτο διχῶς λέγεται, δῆλον ὅτι καὶ τὸ ἐξ ὄντος, καὶ

t.74. τὸ ὄν, ἢ ποιεῖ τι ἢ πάσχει. οἰκοδομεῖ μὲν οὖν ὁ ἰατρὸς, οὐχ ᾗ ἰατρὸς ἀλλ᾽ ᾗ οἰκοδόμος. καὶ λευκὸς γίνεται οὐχ ᾗ ἰατρὸς, ἀλλ᾽ ᾗ μέλας. ἰατρεύει δὲ καὶ ἀνιατρὸς γίνεται, ᾗ ἰατρος. ἐπεὶ δὲ λέγομεν κυρίως μάλιστα τὸν ἰατρὸν ποιεῖν τι, ἢ πάσχειν, ἢ γίνεσθαι ἐξ ἰατροῦ, ἐὰν ᾗ ἰατρὸς ταῦτα πάσχῃ, ἢ ποιῇ. δῆλον ὅτι καὶ τὸ μὴ ἐξ ὄντος γίγνεσθαι, καὶ τοῦτο σημαίνει τὸ ᾗ μὴ ὄν. ὅπερ ἐκεῖνοι μὲν οὐ διελόντες, ἀπέστησαν. καὶ διὰ ταύτην τὴν

t.75. ἄγνοιαν, τοσοῦτον προσηγνόησαν, ὥς τε μηδὲν οἴεσθαι γίγνεσθαι, μὴ δ᾽ εἶναι τῶν ἄλλων, ἀλλ᾽ ἀνελεῖν πᾶσαν τὴν γένεσιν. ἡμεῖς δὲ καὶ αὐτοί φαμεν, γίγνεσθαι μὲν οὐδὲν ἁπλῶς ἐκ μὴ ὄντος. ὅμως μέν τοι γίγνεσθαι ἐκ μὴ ὄντος, οἷον κατὰ συμβεβηκός. ἐκ γὰρ τῆς στερήσεως, ὅ ἐστι καθ᾽ αὑτὸ μὴ ὄν οὐχ ἐνυπάρχοντος γίνεται. θαυμάζεται δὲ τοῦτο, καὶ ἀδύνατον οὕτως δοκεῖ γίνεσθαί τι ἐκ μὴ ὄντος.

id eſt: *Nos autem dicimus, quod ex eo quod non eſt, fieri: aut quod non eſt, aut quod eſt, facere aliquid, aut pati, aut quocunq; hoc fieri, vno quidem modo nihil differt, aut medicum facere aliquid, aut pati, aut ex medico eſſe, aut fieri. Quare quum hoc dupliciter dicatur, manifeſtum eſt quod ex eo quod eſt, & id quod eſt, aut facere aliquid aut pati. Aedificat igitur medicus, non ſecundum quod medicus, ſed ſecundum quod ædificator: & albus fit, non quatenus medicus, ſed quatenus niger, medicatur autem, &*

non

non medicus fit quatenus eſt medicus. Quum autem maxime proprie dicamus medicum facere aliquid, aut pati, aut fieri ex medico, ſi ſecundum quod medicus hæc patiatur, aut faciat; manifeſtum eſt, quod ex non ente fieri, & hoc ſignificat quatenus non eſt. Quod illi quidem non partientes aberrauerunt, & propter hanc ignorantiam tantum inſuper ignorauerunt, quod nihil aliorum opinati ſunt fieri, aut eſſe, ſed auferebant omnem generationem. Nos autem & ipſi dicimus fieri quidem nihil ſimpliciter ex eo quod non eſt, ſed tamen fieri ex eo quod non eſt, vt ſecundum accidens; ex priuatione enim, quæ eſt per ſe non ens, non ex eo quod ineſt, fit. Mirabile autem eſt hoc, & impoſſibile ſic videtur fieri aliquid ex eo quod non eſt. Veteres ergo qui nunc ab Ariſtotele dicuntur ignorauiſſe non-ens formaliter ſumptum, in quo conſiſtit eſſentia priuationis, quæ materialiter eſt ens, nimirum forma præcedens, vt ædificator formaliter eſt non-medicus, at reipſa in entis latitudine aliquid eſt; veteres inquã Ariſtotelis teſtimonio priuationem penitus ignorauerunt, propter quam ignorantiam neſcientes ſoluere ſuperius allatam rationem, quam Ariſtoteles ipſe diluit poſita priuatione inter principia rerum generabilium, negabant rerum generationem. Sed & ante Ariſtotelem ſolus Plato leuiter tetigit naturam Priuationis; at eam non diſtinguens a materia, vim propoſiti argumenti eludere non potuit; quum Seniores Platone nihil omnino de priuatione cognouerint; & allato argumento penitus & omnino ſubſcripſerint; quod mox conteſtatur idemmet Ariſtoteles inquiens, *f* ὧδ' ὅπερ ἐλέγομεν, αἱ ἀπορίαι λύονται, δι' ἃς ἀναγκαζόμενοι ἀναι- f 1. Phyſ. tex. 78.

 ρῦσι

ρῦσι τῶν εἰρημένων ἔνια. διὰ γὰρ τοῦτο τοσοῦτον οἱ πρότερον ἐξετράπησαν τῆς ὁδοῦ, τῆς ἐπὶ τὴν γένεσιν, καὶ φθορὰν, καὶ ὅλως μεταβολήν. αὕτη γὰρ ἂν ὀφθεῖσα ἡ φύσις, ἅπασαν ἔλυσεν αὐτῶν ταύτην τὴν ἄνοιαν. ἡμένοι μὲν οὖν καὶ ἕτεροι τινές εἰσιν αὐτῆς ἀλλ' οὐκ ἱκανῶς. πρῶτον μὲν γὰρ ὁμολογοῦσιν ἁπλῶς γίνεσθαί τι ἐκ μὴ ὄντος, ᾗ Παρμενίδην ὀρθῶς λέγειν. εἶτα φαίνεται αὐτοῖς, εἴπερ ἐστὶν ἀριθμῷ μία καὶ δυνάμη μόνον μίαν εἶναι. τοῦ τὸ δὲ διαφέρει πλεῖστον. ἡμεῖς μὲν γὰρ, ὕλην καὶ στέρησιν, ἕτερον εἶναι φαμὲν. καὶ τούτων, τὸ μὲν οὐκ ὂν εἶναι κατὰ συμβεβηκὸς τὴν ὕλην. τὴν δὲ στέρησιν οὐδ' ἀμῶς. id eſt. *Quare quod quidem dicebamus, dubitationes ſoluuntur, propter quas coacti remouent dictorum quædam: Propter hoc enim tantum auerſi ſunt Priores a via in generationem & corruptionem, & omnino mutationem: hæc enim viſa natura omnem ſoluit hanc ipſorum ignorantiã. Tangentes igitur & alij quidam fuerunt ipſam, ſed non ſufficienter. Primum enim confitentur ſimpliciter fieri aliquid ex eo quod non eſt, quod Parmenidem recte dicere* ſtatuunt. *Poſtea videtur ipſis ſiquidem eſt numero vna, & potentia tãtũ eſſe: hoc autẽ differt plurimũ. Nos enim materiam & priuationem alterum eſſe dicimus, & horum, materiam quidem non ens eſſe ſecundum accidens, priuationem autem per ſe: & materiam quidem prope, & quodammodo ſubſtantiam; priuationem autem nequaquam.* Ex quibus apertiſſime patet Platonem primum tetigiſſe priuationem: at veteres omnes Platone ſeniores eam penitus ignoraſſe. Quare non bene ſcribit Auberius Simmiam Rhodium in hoc Alæ poematio Neceſſitatis nomine Priuationem, vt a forma & a materia contradiſtinctum principium ſignificare: quum Simmias, ut g infra videbimus apud eruditum Salmaſium floruerit in prima Olympiade, multo ante ortum Pla-

g cap. 7.

tonis

tonis & Ariſtotelis; Plato namque natus perhibetur Olympiade octogeſima octaua, ut aſſerit Apollodorus in Chronicis. Immo vero non concedimus Auberio, Simmiam alioſque illius æui ſcriptores, Neceſſitatis nomine priuationem intellexiſſe, tum quod priuatio multo poſterius a Platone inuenta, & ab Ariſtotele culta fuerit, & inter principia rerum primum enumerata; tum quod neceſſitatis vocabulo cuncti ſeniores ad vnum ſolam materiam intellexerunt, vt clare nos docuit Ariſtoteles inquiens: τὸ δ' ἐξ ἀνάγκης πότερον ἐξ ὑποθέσεως ὑπάρχει, ἢ καὶ ἁπλῶς. νῦν μὲν γὰρ οἴονται τὸ ἐξ ἀνάγκης εἶναι ἐν τῇ γενέσει. ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν τοῖχον ἐξ ἀνάγκης νομίζοι γεγενῆσθαι ὅτι τὰ μὲν βαρέα, κάτω πέφυκε φέρεσθαι. τὰ δὲ κοῦφα, ἐπιπολῆς. διὸ οἱ λίθοι μὲν κάτω, καὶ τὰ θεμέλια. ἡ δὲ γῆ ἄνω, διὰ κουφότητα. ἐπιπολῆς δὲ μάλιστα τὰ ξύλα. κουφότατα γάρ. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἄνευ μὲν τούτων γέγονεν. οὐ μέν τοι διὰ ταῦτα, πλὴν ὡς δι' ὕλην. hoc eſt. *Quod autem ex neceſſitate eſt, utrum ex ſuppoſitione ſit, an & ſimpliciter. Nunc enim opinantur quod ex neceſſitate eſt, eſſe in generatione, quemadmodum ſi aliquis murum ex neceſſitate exiſtimaret eſſe factum, quoniam grauia quidem deorſum ferri apta natura ſunt, leuia autem ſuperne. Quapropter lapides quidem deorsū, ac fundamenta, terra autem ſursū propter leuitatē: ſupra autē maxime ligna; leuiſſima enim ſunt. Attamen non ſine his quidem factus eſt, non tamen propter hæc, niſi vt propter materiam.* Quam opinionem veteribus fuiſſe docet idem Ariſtoteles[i] alibi dicens, τὸ δ' ἐξ ἀνάγκης οὐ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς κατὰ φύσιν ὁμοίως, εἰς ὃ πειρῶνται πάντες σχεδὸν τοὺς λόγους ἀνάγειν, οὐ διελόμενοι ποσαχῶς λέγεται τὸ ἀναγκαῖον. ὑπάρχει δὲ τὸ μὲν ἁπλῶς τοῖς ἀϊδίοις, τὸ δ' ἐξ ὑποθέσεως, καὶ τοῖς ἐν γε-

h 2. Phyſ. t. 87.

t. 88.

i 1. de part. cap. 1.

γενέση πᾶσιν, ὥσπερ τοῖς τεχναστοῖς, οἷον οἰκία, καὶ τῶν ἄλλων ὁτωοῦν καὶ τοιούτων. ἀνάγκη δὲ τοιάνδε τὴν ὕλην ὑπάρξαι εἰ ἔσται οἰκία ἢ ἄλλο τι τέλος. καὶ γενέσθαί τε καὶ κινηθῆναι δεῖ τόδε, πρῶτον εἶται, τόδε, καὶ τοιοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐφεξῆς μέχρι τοῦ τέλους, καὶ οὗ ἕνεκα γίνεται ἕκαστον καὶ ἐστὶν ὡσαύτως δὲ και τοῖς φύσει γινομένοις hoc eſt: *Neceſſitas vero non æque in rebus naturæ omnibus ineſt, ea videlicet, ad quam omnes fere autores rationes referre tentant priuſquam doceant quot modis accipi neceſſarium debeat. Ineſt id ipſum rebus quidem æternis ſimplici abſolutaque ratione; ſed caducis etiam gignendiſque omnibus ex ſuppoſitione tribuitur, quomodo in artificioſis, ut ædibus, & quibusuis aliis generis eiuſdem: materiam enim talem adeſſe neceſſe eſt, ſi domus, aut quiuis alius finis futurus ſit; atque etiam fieri moucrique illud primum oportet, deinde hoc; ac deinceps ad hunc modum itur ad finem, cuius gratia res quæq; efficitur, & eſt. eodemq; modo in rebus quoq; naturæ gignendis agitur.* Sic ergo neceſſitatis nomine Simmias antiquiſſimus autor Priuationem ut quid a materia & a forma diſtinctum ſignificare non potuit, ſecus ac ſenſerit Auberius. Adiiciendum his eſt, non bene ab eximio viro dici, Amorẽ præ ſe ferre infinitas ſeculorum ætates, ac eo nullum ætate Deum grandiorem eſſe, ac tamen originem ſui prædicare, ac natum aliquando ſe confiteri: ſi enim natus eſt Amor quando viſum eſt neceſſitati, iam eo maior natu eſt illa neceſſitas, quicquid ea ſit, ſiue Priuatio, ſiue materia, ſiue potius fatum, vt inquit alicubi [k] Ariſtoteles; qua de re latius [l] infra commodiori loco.

k lib. de mund. inf.
l cap. 8.

Se-

Secunda expoſitio poematii Alulæ a Scaligero poſita, qui ſtatuit hic agi de Tellumone Terræ Numine. CAP. IV.

IVlii Cæſaris Scaligeri filius ille Ioſeph, a paterna eruditione minime degenerans, hoc Amoris Alulæ poematium breui notatione tetigit in hanc ſententiam dicens:

Emendationes ad Πτερύγιον, id eſt Alulam.

Ver. 1. Λεῦσσέ με τὸν γᾶς· ideſt. *Intuere me illum terræ.* Putant hic Amorem dici ἄνακτα τᾶς γᾶς βαθυστέρνου, ideſt, *regem terræ vaſti thoracis.* in quo falluntur: immo hic Amor dicitur ὁ ἑδράσας τον Ακμονίδαν τὸν τᾶς γᾶς βαθυστέρνου ἄνακτα, καὶ τὰν ἅλα. hoc eſt. *Qui ſtabiliuit Acmonidan illum Terræ profundum pectus habentis regem, & mare.*

Ακμονίδαν, *Acmonidan.* Rituales Pontificum vocabant Tellumonem: vt Neptunus maris, ſic Tellumo terræ rex, qui Ακμονίδης, *Acmonides,* ἑδράσας igitur τὸν Ακμονίδαν τὸν τῆς γῆς ἄνακτα. hoc eſt. *Acmonides igitur qui ſtabiliuit Acmonidan terræ regem,* nihil aliud eſt quam ἑδράσας τὴν γῆν, hoc eſt. *qui ſtabiliuit terram.*

Ver. 2. Μηδὲ τρέσῃς, εἰ τόσος ὢν δάσκια καὶ λαγνὰ φέρω γένεια, hoc eſt, *Neque metuas, ſi tantus quum ſim, vmbroſas &* λαγνὰ *fero genas.* Inepta lectio: nam quid eſt λαγνόν? lege: Μὴ δὲ τρέσῃς, εἰ τυτὸς ὢν δάσκια καὶ λαχνὰ φορέω γένεια. Hoc eſt, neque timeas ſi tantus exiſtens vmbroſas lanugine fero genas. Iã φορέω, nõ φέρω exigit lex carminis.

Adducta Scaligeri ſententia perpenditur. CAP. V.

NOs autem eximij viri ſententiam recipere non poſſumus: In primis enim verum non eſt, hic a Simmia ſub Amoris nomine tractari de Tellumone Ter-

Terræ numine; tum quia Tellumo Terræ deus non eſt Deorum cœleſtium omnium dominus; quum tamen Amor in hoc poematio dicat ſibi cedere quēlibet deorum cœleſtium: tum quia Tellumo Terræ deus, vt maris Neptunus, propriam in mundo ſedem obtinet, Tellurem; aſt hic Amor, cuius Alula panditur nunc a Simmia Rhodio, celeriuolus omnia permeat mundi loca: tum quia Tellumo Terræ deus non apte pernix & alatus dicitur, quum terra permaneat immobilis; par eſt enim deum Terrę Telluris conditiones habere: nec rationi conſonum eſt a celeriuolo & alato deo, Terram inertem animari, Tellurem immobilem ac ſemper quieſcentem gubernari: tum quia Tellumo Terræ deus a Neptuno Maris deo, & a Ioue cœli deo contradiſtinctus, apud antiquos dicitur violentus ille Proſerpinæ raptor, & immitis ille ſcelerum vindex; nō autē Amor ille, qui non vi pertrahit, ſed leni ducit perſuaſione; qualis eſt deus hic, quem in Alulæ noſtræ poematio Simmias deſcribit. Nec nobis obeſt verbum Ἀκμονίδαι; quia per Ἀκμονίδαν ſignificatur cœlum a priſcis autoribus, ut [a] infra videbimus apud inclytum Salmaſium, et apud Heſychium, cui Charon dicitur Ἀκμονίδης, *Acmonides*, quia ſit cœli filius. Cœlum autem plures quum filios habuerit, Iouem, Neptunum, Plutonem, ſeu Charontem, ſeu Tellumonem, & Amorem: hi ſinguli dici poſſunt Acmonidæ. Non ergo nunc agitur a Simmia Rhodio de Terræ Deo peculiari Tellumone; ſed de Amore, cui belle competunt omnia penitus attributa in hoc Idyllio deſcripta, ut [b] infra ſuo loco latius apparebit.

a ca. ſeqq.

b cap. 8.

Ter-

Tertia clariſſimi Viri declaratio longe diuerſa proponitur.
CAPVT VI.

VIR autem vere Princeps & Pater eruditicnum tandem omnium diligentiſſime nobis hoc poematium explicauit, ac diſertiſſime, ſcribens in hanc ſententiam, & Idyllium delineans in hanc effigiem.

Σιμμίε τε̃ Ροδίε Πτίρυγες

Λεῦσσε με τὸν γᾶς βαθυστέρνυ ἄνακτ' ἀκμονίδαν τ' ἄλλυδις ἑδράσαντα:
Μη δὲ τρέσης εἰ τόσος ὢν, δάσκια, βέβριθα λάχνα γένεια.
Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γενόμαν ἀνίκ' ἔκριν ἀνάγκας
Παντα δὲ γᾶς εἶκε φραδαῖσι λυγραῖς.
Ερπετὰ παντ' ὅσ' ἕρπει
Δι' αἴθρας

Κάουςτε
Οὔτι γε Κύπριδος παῖς
Ωκυπέτας δ' αὐτὸς Ἔρως καλεῦμαι:
Οὔτι γὰρ ἔκρινα βίαφι, πραῢνω δὲ πειθοῖ:
Εἶκε ἔμοι γαῖα, θαλάσσας τε μυχὸς χάλκεως ὠρανός τε
Τῶν ἐγὼ ἐκνοσφισάμαν ὠγύγιον σκᾶπτρον ἔκραινον δὲ θεοῖς θέμισας;

Quod quidem poematium ita latine redditum legimus ad verbum.

Aſpice me terræ profundi pectoris regem, cœlumq; aliter conſtituentem;
Neq; timueris ſi tantus exiſtens vmbroſum grauo lana mentum.
Tunc enim ego genitus ſum, quando iudicauit Neceſſitas;
Omnia vero Terræ parent conſilijs grauibus:
Volucres omnes quæ repunt
In æthere
Et Chao.
Neque ego CYPRIDIS puer:
Sed celeriuolus ipſe AMOR voçor:
Non enim judico violenter, ſed lenio perſuaſione:
Paret mihi terra, & maris penetrale, cælumque æreum;
Ab his ego remoui antiquum ſceptrum, imperaui autem Dijs leges;

In-

INſcriptio huiuſce poematis in membranis πτέρυγες Ἔρωτος, *Alę Amoris*, quam retinere non placuit Veteres enim Grammatici πτέρυγας Alas ſimpliciter citant: ſic apud Hephæſtionem Σιμμίας ἐν πτέρυξιν, *Simmias in Alis*. De autore igitur minus dubitare poſſumus; at inſcriptio πτερύγιον, *Alula*, quæ in vulgaribus editionibus habetur, falſa eſt; & a recentioris æui Grammatiſtis Græculis manauit, quibus hoc poema quum citant πτερύγιον, *Alulam* paſſim appellant; quam recte, ipſi viderint: non enim πτέρυγα *Alam*, aut πτερύγιον *Alulam*. Alas auium græci vocare conſueuerunt, quum ſint binæ; ideo πτέρυγας *Alas* ſemper nuncupant: ſic nec latini Alam, ſed Alas, nam duæ ſunt, nominare ſolent; quum de auium Alis loquuntur πτέρυξ *Ala*, & πτερύγιον *Alula* Græcis eſt quicquid in acumen deſinit, aut etiam cuiuſcunque rei ſummitas, & extremitas; ſic πτερύγιον *Alula* eſt promontorii cacumen, eſt & templi faſtigium, & gubernaculi pars extrema, & ita in aliis quibuslibet rebus. In auibus autem proprie ille pinnarum ordo in acutum deſinens ab utraque laterum parte, qua maiores ſunt pinnæ πτέρυξ *Ala*, vocatur; atq; inde ad alias res traducta metaphora. Sed πτέρυξ *Ala*, aut πτερύγιον *Alula* de vna tantum, de duabus vero nunquam dicitur. At quum heic utriuſque Alæ figura habeatur expreſſa πτερύγιον *Alula*, tam falſo inſcribitur, quam vere πτέρυγες Alæ. Genus metri Choriambicũ eſt καταληκτικὸν εἰς ἰαμβικὴν καταλῆδα cataleсticum ad iambicum deſinens, hoc eſt in amphibrachyn, aut bacchium propter indifferen-

tiam

tiam vltimæ ſyllabæ. ἀντιθετικὰ *contrapoſita* autem hæc metra ſunt, καὶ κατὰ σχέσιν, *& ſecundum relationem* vt vocant, conſcripta; vt in Ouo, ſed contrario modo progrediuntur, non enim a minimo ad maximum, ſed contra; ſiquidem primum, & poſtremũ ſunt hexametra, ſecundum & penultimum penta metra, & ita deinceps decreſcendo vſq; ad duo media, quæ minima ſunt, & monometra iambica. Sed nec ex diſſimilibus metris, & variantibus per ſingula cola conſtant hæ Alæ; nam omnia ſunt Choriambica, præter medium & infimum, quod diximus eſſe iambicum monometrum catalectum. Magiſtri vocant ἰαμβικὴν κατακλεῖδα *iambicam deſinentiam*, quod ea clauſula finiantur iambica metra catalectica, & vt plurimum etiã Choriambica metra. Primum & vltimum vt iam diximus, hexametra ſunt, quæ Philica Marius Sacerdos appellat in libro de metris a Philico Corcyræo poeta τῆς πλειάδος, qui ſub Ptolemæo Philadelpho vixit, vt ſupra memini notare, non quod primus inuenerit hoc metri genus; nam Simmias longe illo antiquior heic, & in Securi hoc genere vſus eſt; ſed quod integrum poema iſto numero conſcripſerit, cuius initium refertur ad Hæphæſtionem.

Τῇ χθονίῃ μυστικὰ Δήμητρί τε καὶ Περσεφόνῃ καὶ Κλυμένῳ τὰ δῶρα.

id eſt. *Frugiferæ ſacra deæ quæ colitis myſtica, iunctęq; Ioui nefaſto.*

Ipſe tamen Philicus huius metri inuentionem ſibi adſcribit hoc verſu, qui in eodem Hephæſtione legitur.

,, Καινογραφῆς συνθέσεως τῆς Φιλίκυ, γραμματικοὶ, δῶρα φέρω
πρὸς ὑμᾶς.
,, id eſt. Quod igitur hoc genere metri plurimum vſus
,, ſit, Philicum ab ipſo appellatum eſt. ὅτι Πρῶτος τȣ́τῳ
,, τῷ μέτρῳ τὰ ὅλα ποιήματα ἔγραψεν. hoc eſt: *quod pri-*
,, *mus hoc metro integra poemata ſcripſiſſet:* non enim in-
,, uenit, vt falſo gloriabatur; quum Simmias longe
,, ipſo anterior, vt qui prima olympiade floruit, hoc
,, genus vſurparit. Perperam apud Attilium Fortu-
,, natianum in Arte *Phaletium metrum* pro *Philicium*
,, ſcriptum eſt; ſed & *Phalæcus* apud eundem male pro
,, *Philicus* legitur, vbi Phaloecũ conſcripſiſſe hymnos
,, Cereri & Libero tali genere metri; Philicus enim
,, non Phaloecus hoc metro carmen in honorem Ce-
,, reris & Liberi compoſuerat, cuius initium paulo
,, ante retulimus ex Hephæſtione. τῇ χθονίῃ μυστικᾷ Δή-
,, μητρι &c. quem verſum ſic ibidem Latine reddidit,
,, aut imitatus eſt Fortunatianus.
,, *Trugifera ſacra Deæ quæ colitis myſtica, iunctæq; Io-*
ui nefaſto.
,, Frugifera dea eſt Δημήτηρ. Iuppiter nefaſtis ὁ Κλύμενος
,, hoc eſt Pluto; iuncta Ioui nefaſto Proſerpina. Hunc
,, Philicum docti viri Philiſcus vt vocetur contẽdunt,
,, & quibuscunq; locis apud autores Φίλικον ſcriptum
,, reperiunt, in φιλίσκον mutant; quod miror, quum ipſe
,, ſibi φίλικον nomen eſſe illo verſu, quem ſupra ex He-
,, phæſtione attulimus, teſtatus ſit: vbi ſi φίλισκυ legeri-
,, mus non ſtabit verſus. Fuere quidem & Philiſci in
,, terra Græcia, ſed hic Philicos vocabatur. Sed ad
,, rem redeamus. Argumentum Alarum fere notum.

Amor

Amor ipſe cuius hæ ſunt Alæ, loquitur, quis ſit, & quomodo, & vnde natus oſtendit. Nõ enim ſe Veneris eſſe puerũ, ſed omnibus Dijs natu antiquiorem eſſe; & cœlo & terræ & mari imperare; & illud imperium non vi ac parendi neceſſitate, ſed amicitia καὶ πειθοῖ & *ſuadela* adiunctum retinere. Scholiaſtes ἀνέκδοτος ὑμνεῖ δὲ οὐ τὸν πάνδημον Ἔρωτα τὸν Ἀφροδίτης, ἀλλὰ τὸν οὐράνιον τὸν γενεσιουργὸν, οὗ καὶ Πλάτων μέμνηται ἐν τοῖς Σωκρατικοῖς διαλόγοις, ὅτε πρὸς Θρασύμαχον περὶ θείου τοῦ καὶ ἀνθρωπίνου διελέγεσθαι ἔρωτος. id eſt *Innupta. Celebrat autem non vulgarem Amorem illum Veneris filium, ſed coeleſtem illum autorem generationis rerum, cuius & Plato meminit in Socraticis dialogis, quando apud Traſymachum de diuino & de humano diſſerit Amore*. Veteres Amorem varie ἐγενεαλόγησαν, id eſt generis origine donauerunt. Sappho terræ & cœli filium eum eſſe cecinit; Simonides Veneris & Martis; Orphæus Saturni hoc verſu.

Αὐτάρ ἔρωτα Κρόνος καὶ πνεύματα πάντ' ἐτέκνωσε. id eſt.

Sed Amorem Saturnus, & ſpiritus omnes genuit.

Ibycus & Heſiodus ἐκ χάους *ex Chao* eum prodijſſe voluerunt, & natum omnino ante coelum, & coelites omnes. Idem dicit in iſtis Alis Simmias. Quod vero Scholiaſtæ heic ſcribunt, tam ille qui editus eſt, quam ille qui adhuc in membranis cubat, ſenſum etiam conſtare poſſe, ſi quis a primo verſu ad poſtremum pergat, a ſecundo ad penultimũ, atq; ita deinceps vſq; ad medium, vt in Ouo, & Securi, neutiquã illos audiendos puto. ἔχει δὲ νοῦν κἂν ἀπὸ τοῦ πρώτου ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἔρχῃ ὡς προείρηται. hoc eſt: *habet autem intel-*

,, *ligentiam etiamſi a primo ad vltimum veniatur, vt*
,, *prædicatur*. Immo qui hoc dixit, mentem non ha-
,, buit;nam certum eſt ſenſum recte procedere non
,, poſſe,ſi ordinem illum in legendo ſequaris; exempli
,, gratia,quis ſenſus,aut quæ cohærentia in iſtis eſſet,
,, ſi ad hunc modum legeretur,

,, Πάντα δὲ γᾶς εἶκε φραδαῖσι λυγραῖς
,, Ὠκυπέτας θ' αὐτὸς ἔρως καλεῦμαι
,, Ἑρπετὰ πάντ' ὅσ'. ἕρπει
,, Οὔτιγε Κύπριδος παῖς
,, Δὶ αἴθρας,
,, χάες τε. hoc eſt.
,, *Omnia vero Terræ parent conſilijs grauibus*
,, *Sed celeriuolus ipſe Amor nominor:*
,, *Reptilia omnia quę repunt*
,, *Neq; ego Cypridis puer*
,, *In æthere*
,, *Et Chao.*

,, HInc videre eſt quam ſæpe fallantur, qui ſem-
,, per Grammaticis habent fidem. Nunc ne
,, quid temere aut fruſtra emendaſſe & mutaſſe videa-
,, mur in auctoris verbis, ratio omnium quæ muta-
uimus reddenda eſt.

,, Λεῦσσέ με τὸν γᾶς τε βαθυστέρνυ ἄνακτ' ἀκμονίδαν τ' ἄλλυδις ἑδράσαντα

,, *Aſpice me terræ profundi pectoris regem, cælumq; aliter conſtituentem.*

,, Ita hunc verſum totum ex membranarum autorita-

te

„ te minimo minus reſtituimus, quum vulgo legere-
„ tur ἀκμονίδαν, τὰν ἄλα θ' ἐδράσαντα: quaſi hæc poetæ
„ mens fuerit, vt Amor & coelum & terram & mare
„ creaſſe ac conſtabiliſſe credatur; quum nihil minus
„ quam hoc dicere in animo habuerit. Dicit quidem
„ heic amor terram & mare & coelum ſibi conceſſiſſe,
„ Dijsq; & homnibus ſe imperare, non tamen vt coe-
„ lum & mare condiderit, qui ſenſus ex vulgata lectio
„ ne oritur. ἄλλυδις etiam pro τὰνἄλα, in hoc verſu legit
„ Hephæſtion: ſed ἐδράσασα pro, ἐδράσαντα perpe-
„ ram apud eum ſcriptum eſt. ἀκμονίδαν ἄλλυδις ἐδρά-
„ σαντα heic tantum habebant membranæ, nos τι ne-
„ neceſſario addidimus ἀκμονίδαν τ' ἄλλυδις ἐδράσαντα:
„ præceſſit enim γᾶς τε βαθυστέρνου ἄνακτα. Nec aliter
„ Scholiaſtes vetus legiſſe videtur, in cuius paraphra-
„ ſi ita ſcriptum habetur: ὁρᾷς μὲ τὸν γῆς τε ἄνακτα, καὶ
„ τὸν οὐρανὸν ἄλλῃ ἐδράσαντα. hoc eſt: *vides me terræ regẽ,*
„ *& cælum aliter conſtituentem.*
„ Corruptiſſime vulgo legitur. καὶ τοῦ οὐρανοῦ ἄλα ἐδρά-
„ σαντα. Quod anſam præbuit viris doctis hunc lo-
„ cum corrumpendi. & τὰν ἄλα pro ἄλλυδις ſubſtituen-
„ di, nempe quod ita legiſſe videretur Græculus in-
„ terpres. Sed ex noſtra emendatione iam contrariũ
„ apparet, non aliter ſcilicet eum legiſſe quam ἄλλυδις,
„ & ἄλλῃ interpretari. Hic erit igitur ſenſus: *Vide me*
„ *qui latę terræ rex ſum, quique cælum, & alia ſede con-*
„ *ſtitui.* id eſt. *qui cælum ſolio depuli, & illa ſede de-*
„ *turbaui quam obtinebat, quum Terræ imperaret & do-*
„ *minaretur; meq; in eius locum intuli, & aliam eum ſe-*
„ *dem quærere coegi.* vno verbo, Coelum throno ſe
deieciſſe

,, deieciſſe gloriatur, heic Amor, & pro illo nunc re-
,, gnare. Ακμονίδαν coelum ſignificare adeo notum eſt,
,, vt valde mirer incomparabilem virum de neſcio
,, quo Tellumone Terræ rege heic accipiendum putaſ-
,, ſe ex Ritualibus Pontificum: quid enim notius
,, quam Ἄκμονα apud poetas & μυθογράφυς Cœli, id eſt.
,, ὐρανῦ patrem appellari? hinc Cœlum ἀκμονίδαν vocat
,, Simmias patronimice, id eſt: Acmonis filium. Heſy-
,, chius: Ἀκμονίδης ὁ Κάρον καὶ ὁ ὐρανός. Ἄκμονος γὰρ παῖς.
,, Sed de re omnibus nota plura dicere verba perdere.
,, eſt. Μηδὲ τρέσης εἰ τόσος ὢν δάσκια βέβριθα λάχνα γένεια
,, id eſt. *Neq; timueris ſi tantus exiſtens vmbroſum gra-*
,, *uo lana mentum*. Prius legebatur. δάσκια καὶ λαχνὰ
,, φέρεω γένεια, inepte prorſus & abſurde. nam λαχνὸν
,, pro hirſuto vel hiſpido Græcum non eſt, ſed λαχνῆεν.
,, nos hanc lectionem concinnauimus ex veſtigijs ve-
,, teris ſcripturæ, quę habebat, δάσκια βεβριθότα λάχνα
,, γένεια: quæ nec integrum ſenſum efficiebat, & ver-
,, ſum extra legem extendebat βέβριθα λάχνα γένεια: ſic
,, de aureo vellere Appollonius libro 4.
,, Βεβρίθει λήνεσσιν ἐπηρεφές. hoc eſt.
,, *Grauabatur lanis operta*
,, ſic. Μῆλα βεβριθότα μαλλῷ id eſt.
,, *Poma referta lanugine.*
,, Apud alium poetam. Mentem huius loci minime
,, aſſecuti ſunt homines eruditi; non enim hiſpidum
,, aut hirſutum Amorem heic inducit poeta, ſed bar-
,, batum. *Nec vero horreas* dicit heic Amor, ſi tantu-
,, lus tam ſpiſſa barba obſitum mentum habeo: nam
,, miranda ac tantum non horrenda in puero, qualis

Amor

,, Amor fingebatur, denſa & prolixa barba: ſed hoc
,, Amor admirari nos prohibet, aut horrēdum putare;
,, quum enim ſit vetuſtiſſimus deorum, & illo tempo-
,, re natus quo nondum cœlum & Dij erant, ſed Ter-
,, ræ totius imperium tenebat; minus mirum eſſe opa-
,, cam ſibi profuſamq; barbam dari. De Amore bar-
,, bato legi alicubi, ſed apud quem, nunc in memoria
,, mihi non eſt. Veneris etiam barbatæ ſimulachrum
,, finxere veteres, quam πάσης γενέσεως ἔφορον *totius ge-*
,, *nerationis præſidem* credebant, vt iam minus mire-
,, mur, hunc ὀυράνιον *cæleſtem* Amorem, καὶ πάντων γενε-
,, σιουργὸν, *& omniū generationis-autorem*, vt exiſtimabāt,
,, barbatum induci.
,, Ἦμος ἐγὼ γὰρ γενόμην ἀνίκ' ἔκριν' ἀνάγκα] id eſt: *Tunc*
,, *enim ego genitus ſum, quando indicauit Neceſſitas.*
,, Perperam hæc accipiunt interpretes; nō enim Amor
,, hoc vult, ſe tunc natum eſſe quum Neceſſitati viſum
,, eſt; ſed rationem adfert, quare quum puer eſſet, bar-
,, batus induceretur. Qualis autem hæc foret ratio,
,, ideo ſibi barbam dari, quod tunc natus eſſet, quum
,, neceſſitas vt naſceretur, ſtatuiſſet ac decreuiſſet?
,, Sed cauſam barbæ ſuę hanc adfert, quod etſi puer
,, videtur, natu tamen grandiſſimus eſſet, vt pote ante
,, omnes Deos natus, & illo tempore quo Neceſſitas
,, imperabat, & omnia diris & iniquis Terræ iuſſibus
,, parebant. Terram enim omnium primam ex illa
,, confuſa indigeſtaq; mole, quam Chaos dixerūt, prō
,, dijſſe conſentiunt Veteres Theologi Græci. Terræ
,, autem, hoc eſt, brutæ Diuæ Neceſſitatem adiungit;
,, nam quidam ex antiquis Philoſophis τὴν ἀνάγκην τῶν

πάν-

,, πάντων αἰτίαν εἶναι· ideſt: *Neceſſitatem omnium cauſam*
,, *eſſe* ſanxere, ut Democritus, Pythagoras τὴν ἀνάγκην
,, τῷ κόσμῳ περικεῖσθαι· hoc eſt, *neceſſitatem mundo ſu-*
,, *perimponi* dicebat. Sed heic Amor ſuam imperandi
,, rationem longe diuerſam ab ea, quã Terra, quum
,, imperaret obtinebat, eſſe oſtendit: ſuam enim in
,, eblandiendo & perſuadendo totam poſitam; at il-
,, lam Terræ in cogẽdo ac per vim compellando. Hinc
,, violento eius & impotẽti imperio τὴν ἀνάγκην neceſſi
,, tatem attribuit, ſuo vero τὴν πειθὼ *Perſuaſionem* qua
,, omnia ſe confeciſſe loquitur; nihil autem vi, nec in
,, gratijs. ſic τὴν ἀνάγκην τῷ Ἔρωτι, *Neceſſitatẽ Amori* oppo
,, nit Parmenides apud Stobæũ οὐχ ἡ ἀνάγκη μόνον καὶ τὸ
,, δόγμα ἀγαθοὺς εἶναι ἐξομοῖ, ἀλλὰ καὶ ὅπερ ἐξεργάζεται τὰ
,, μέγιστα τῶν ἀνθρωπίνων Ἔρως· οὗτος καὶ τὴν ἀρετὴν τελεσί-
,, δρομον εἶναι ποιεῖ. hoc eſt. *Non neceſſitas ſolum & do-*
,, *gma bonos eſſe facit, ſed etiam qui efficit maxima rerũ*
,, *humanarũ Amor: Hic & virtutem perfectam eſſe facit.*
,, Se tunc igitur natũ hoc loco dicit Amor quum Ne-
,, ceſſitas & Terra regnabant, vtramq; ſimul poſuit
,, autor, nam quidam ex veteribus τὴν γῆν, vt τὴν ἀνάγ-
,, κην, πάντων αἰτίαν, *Terram ſcilicet vt Neceſſitatem*
,, *rerum omnium cauſam* ſtatuerunt: Alij Amorem τὴν
,, γένεσιν generationem vocauerunt, vt Parmenides,
,, qui eum ante omnia natum voluit. Heſiodus & A-
,, cuſilaus Terram & Amorem ſtatim poſt Chaos in
,, lucem exiſſe. Vide Platonem in Conuiuio. Sim-
,, mias autem in his Alis Amorem Terra jam regnan-
,, te ortum habuiſſe ſcribit, nam ita de ſe loqueutem
,, Amorem inducit:

Τᾶμος

„ Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γενόμαν ἀνίκ' ἔκραιν' ἀνάγκα,
„ Πάντα τὲ γᾶς εἶκε φραδαῖσι λυγραῖς hoc eſt:
„ *Tunc enim ego genitus ſum quādo iudicauit neceſſitas,*
„ *Omnia vero quæ in Terra parent conſiliȷs grauibus.*
„ ἔκραινε autē pro ἔκρινε, quod vulgo legitur, atq; etiam
„ in membranis habetur, libentius legerim: κραίνειν eſt
„ imperare, quæ ſignificatio huic loco conuenit; non
„ etiam ἔκρινε, niſi in eadē hac notione accipiatur: eorū
„ enim qui imperant & regnant hoc proprium eſt, ſta-
„ tuere ac decern ere, ſed κραίνειν melius. ſic κραίνειν ϛρατῦ
„ *imperare exercitui* apud Sophoclem, atq; inde κράν-
„ τωρ qui dominatur & regnat.
„ Πάντα δέ γᾶς εἶκε φραδαῖσι λυγραῖς] hoc eſt. *Omnia vero*
„ *Terræ parent conſiliȷs grauibus*, ex deprauata mem-
„ branarum lectione hanc veram & ſynceram extudi
„ mus; ſic enim illæ ſcriptum præferebant, πάντα δ' ἐκ-
„ τάσει καὶ φραδίσι λυγραῖς: nihil poteſt corruptius; videant
„ acutio res an aliquid melius inde exculpere poſſint:
„ in editionibus excusū erat πάντα δ' ὑπείκεσκε φρένεσι λυ-
„ γραῖς; nullo ſenſu. Quam lectionem ſecutus ſit Græ-
„ cus interpres non facile eſt ſtatuere; ſic enim locum
„ hunc ἐκφράζει deſcribit, τότε γὰρ ἐγενόμην ὅτε ἡ ἀνάγ-
„ κη ἦρχε, καὶ πάντα ὑπεῖκε ταῖς αὐτῆς γνώμαις, hoc eſt.
„ *Tunc enim factus ſum quum Neceſſitas imperabat, &*
„ *omnia obediebant eius ſententiȷs*. Sed opinor eum
„ ſcripſiſſe, ταῖς τῆς γῆς γνώμαις. i. *Telluris ſententiȷs:* &
„ ne quid diſſimulem, ita in veteri libro ſcriptum vidi,
„ quod vnice noſtram coniecturam confirmat. φραδὴ
„ quod eſt γνώμη, vel βουλὴ apud Pindarum aliquoties
„ occurrit. Heſychius φραδαῖσι, βουλαῖς. Huius autem

Digitized by Google

„ verſiculi mentem multis aperuimus in ſuperiori ani„ maduerſione.

„ Ερπετὰ πάντ' ὅσ' ἕρπει) hoc eſt, *Reptilia omnia quæ re„ punt*. ἑρπετὰ heic non reptilia quæ vulgaris eſt huius „ vocis notio, ſed volucres ſignificat tantum; nam „ qui omnia animalia heic deſignari crediderunt, falſi „ ſunt; de ſolis enim auibus loqui palam eſt ex verbis „ quæ ſequuntur: ὅσ' ἕρπει δι' αἴθρας χάους τε. ideſt, *quæ „ repunt in æthere & Chao*, vbi Terræ mentio nulla, ut „ terram peragrantia animantia etiam intelligi pute„ mus. Videtur autem Simmias genus auium ante „ reliqua omnia creatum exiſtimaſſe, atque adeo ante „ ipſum Amorem; nam eo ſe natum tempore heic A„ mor prædicat, quo Telluris imperiis omnia parebãt „ vt auitii omne genus; de cæteris animalibus ſilet; „ nondum igitur tunc erant ſecundum autoris ſenten„ tiam; nec enim omiſiſſet. Ariſtophanes in auium „ Comędia, ut Amorem ante cœlum & Terram & „ omnes Deos editum facit, ſic auium etiam genus ex „ Amore & Chao productum fingit priuſquam Terra „ aut cœlum in Natura rerum eſſent. Eodem pertinet „ quod in alio eiuſdem Comędiæ loco idem autor fa„ bulatur Κόρυδον id eſt Galeritam omnium auium pri„ mam editam fuiſſe, ac Terra priorem.

„ Αμαθὴς γὰρ ἔφυς κοὐ πολυπράγμων, οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας
„ Ος ἔφασκε λέγων, κόρυδον πάντων πρώταν ὄρνιθα γενέσθαι,
„ Προτέραν τῆς γῆς. hoc eſt:

„ *Ineruditus enim natus es, & non negocioſus, neq; Aeſo-
pum exercuiſti.*
„ *Qui dicebat narrans, Corydum omnium primam auem
genitam eſſe* *Prio-*

„ *Priorem terra.*
„ In quo etſi ab autore paululum diſſentiat, veterum
„ tamen hanc vulgo fuiſſe opinionem de Auitij ante
„ reliqua animalia creatione, facile inde probari po-
„ teſt: nec enim ridiculi gratia illud a Comico confi-
„ ctum eſſe, fidem fecerit hic Simmias, qui Amorem
„ τῶν θεῶν πρεσβύτατον, id eſt: *deorum vetuſtiſſimum*,
„ vt eum vocat Plato, illo tempore natum ſcribit quo
„ Terra regnabat, & auiū omne genus Terræ parebat:
„ quibus verbis aperte indicat nihil tum fuiſſe in re-
„ rum natura præter auium genus. Ἕρπετα reptilia
„ igitur heic ſunt aues. Sic Amorem ὄρπετον † Sappho † apud
„ vocauit, ob eam ſcilicet cauſam quod Ales fingitur. Hephæſtionem
„ Ἔρως δ᾽αὖτε μ᾽ ὁ λυσιμελὴς δονεῖ
„ Γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον. id eſt:
„ *Amor autem me artuum diſſolutor verſat,*
„ *Dulci-amara auis inexpugnabilis.*
„ Δὶ αἴθρας χάευς τε] hoc eſt: In æthere & Chao. χάος ae
„ rem exponut Grammatici. Vetus Scholiaſtes in
„ ἐκφράσει explicatione huius loci ὅσα ἑρπετὰ δὶ ἀέρος
„ καὶ αἴθρας. id eſt: *Quot quot reptant in aere & æthere.*
„ Ibycus. ποτᾶται δ᾽ἐν ἀλλοτρίῳ χάει. hoc eſt *volare au-*
„ *tem in alieno Chao.* id eſt: aere. Ariſtophanes. τὸ χάος
„ τουτὶ καὶ τὰς νεφέλας id eſt: *Chaos hoc & nubes.* vbi In-
„ terpres τὸν ἀέρα aerem interpretatur, omnino ingens
„ illud ſpacium quod terram inter & cœlum eſt, χάος
„ *Chaos.* Græci vocarunt. Hinc χάος χάσμα & χώρησιν, &
„ χοίλωμα Græci interpretantur. Idem etiam ſignifi-
„ cabat Chaos, vnde Latinis *cauus*, id eſt κοίλωμα, vt
„ ὠὸν Ouum. Aeolice autem χόος. Heſychius χάος κοίλω-

,, μα, vel κοιλάς, nam ita legendum. Idem. κόοι χάσματα
,, ἢ κοιλώματα. Stephanus κόυς τὰ κοιλώματα τῆς γῆς, καὶ
,, πάντα τὰ σπήλαια ἔλεγον. id eſt. *Cous, omnes concauita-*
,, *ter terræ & omnes ſpeluncas dicebant*. Hinc latina
,, vox vetus *Couus* pro cœlo; nam *Cohum*, & *Couum* di-
,, cebant, hoc eſt κόον; & fallunt Latini Grammatici
,, qui a Chaos deducunt. Gloſſæ veteres non editæ
,, *Couum naturam vniuerſi a cauo, id eſt inani vel vacuo.*
,, Item: *Cous eſt quo continetur*, vnde Ennius.
,, *Vix ſolum complere Couum terroribus cœli.*
,, Cous vel Couus plane eſt Græcorum κόος, a conca-
,, uitate dictus. Sed de his alias.
,, Οὔτι γέ Κύπριδος παῖς] id eſt: *Neque ego Cypridis puer.*
,, Vt duplex Venus veterib. πάνδημος καὶ οὐράνιος, i. *vulga*
,, *ris & cæleſtis* notiſſimus Platonis locus in Sympoſio.
,, Ὠκυπέτας δ' αὐτὸς Ἔρως καλεῦμαι] hoc eſt: *Celeriuolus*
,, *autem ipſe Amor nominor*. Multæ ſunt cauſæ quare
,, hanc lectionem non probem, licet eam videatur
,, agnoſcere Græcus interpres dum exponit οὐκ εἰμὶ δὲ
,, Ἀφροδίτης υἱός, καλοῦμαι δὲ Ἔρως. hoc eſt, *Non ſum autem*
,, *Veneris Filius, nominor autem Amor*. Dicit hic Amor
,, cæleſtis ſe non eſſe Veneris puerum, & Amorem ſe-
,, vocari. Atqui non peculiaris hæc ipſius appellatio,
,, ſed ille puer Veneris etiam Amor vocabatur. cur
,, igitur dicit hoc loco αὐτὸς Ἔρως καλεῦμαι. *ipſe Amor no*
,, *minor*, quaſi hoc ipſe nomen ſolus haberet ad diſtin
,, ctionem alterius, qui nõ appellabatur Amor, quod
,, falſum eſt: ſed magis magiſque vt hanc lectionem
,, improbem facit vetus ſcriptura, quæ habet, ὠκυπέτας
,, δ' αἴριος καλεῦμαι. hoc eſt: celeriuolus acrius nominor,

an

,, an pro ἀέριος *aerius*, αἰθέριος *athereus* legendum, vt
,, οὐράνιον ideſt *cæleſtem* intelligamus? huic coniecturæ
,, ſtare poſſet aliquis: ego tamen nondum illi palmam
,, do; ſed eam magis palmariam iudico, qua totum lo-
,, cum ſic concipio ac diſtinguo, minimum aut plane
,, nihil recedens ab antiquæ ſcripturæ veſtigijs. οὔτι γε
,, Κύπριδος παῖς ὠκυπέτας τ' ἀέριος καλεῦμαι. hoc eſt: *neq;*
,, *ſum Cypridis puer, celeriuolus & aerius nominor* Cœ-
,, leſtis Amor, vt diſtinguat ſe ab Amore vulgari καὶ
,, πανδήμῳ *& communi* ſic ait: *Nequaquam ego puer Vene-*
,, *ris, & aliger aerius nuncupor.* παῖς Κύπριδος ὠκυπέτας
,, ἀέριος. id eſt: *Puer Veneris celeriuolus aerius.* notæ ſunt
,, quibus volgiuagum illum Amorem καὶ πάνδημον id
,, eſt communẽ deſignat, quod puer Veneris ſit, quod
,, hac illac circunuerſet ac circumuolitet, & incerto
,, vagoq; impetu modo in hos feratur, modo in illos,
,, & plane ſit ὠκυπέτας ἀέριος celeriuolus aerius. Plato
,, in Conuiuio de hoc vulgari Amore ὁ μὲν οὖν τῆς παν-
,, δήμου Ἀφροδίτης ὡς ἀληθῶς πάνδημός ἐστι καὶ ἐξεργάζεται ὅ
,, τι ἂν τύχῃ hoc eſt: *Etenim vulgaris communiſq; Ve-*
,, *neris Amor reuera eſt & ipſe vulgaris, & quodcunq;*
,, *contigit, peragit*, ſiue vt poſt Ficinũ vertebat Corna
,, rius: *Proinde vulgaris Veneris Amor reuera vulgaris*
,, *eſt, & pro vt contigerit omnia operatur* Quos autem
,, ſemel fixit hic Amor, ad amandum vi cogit; talem
,, porro ſe non eſſe prædicat hic Amor coeleſtis, & per
,, vim nihil agere, ſed volentibus iuſinuare ſe, & ſpõ-
,, te ſua animos inter ſe conciliare; pollicendo ac per-
,, ſuadendo: hinc cum ὕβρεως ἄμοιρον, *iniuria carentem*
,, dicit Plato in Sympoſio.

Οὔτι

,, Οὔτι γὰρ ἔκρηνα, βιάφι πραΰνω πραΰνω δὲ πειθοῖ] hoc eſt: *Nō*
,, *enim iudico violenter, ſed lenio perſuaſione*. Sic libuit
,, emendare veterem lectionem in membranis vitioſe
,, ita ſcriptã. Οὔτε γὰρ ἔκρινα βιάς πραΰνω δὲ πειθοῖ. ἔκρηνα pro
,, ἔκρινα etiamlegunt Scholiaſtæ, ita enim exponunt:
,, οὐδὲν ἔπραξα βίᾳ, ἀλλὰ πάντα πραΰνω πειθοῖ. hoc eſt: *nihil fe-*
,, *ci violentia, ſed omnia mulceo perſuaſione*. Alius vero
,, non editus ſic habet. καὶ οὐδὲν δὲ ἔπραξα βίᾳ, τὰ πάντα δὲ
,, μοὶ πείθονται. hoc eſt: *nihil autem feci violentia, om-*
,, *nia vero mihi obediunt*: illud Πάντα, quod vterque
,, habebat fere mihi perſuadet lectum ab illis fuiſſe
,, οὔτι γὰρ ἔκρηνα βίᾳ, πάντ' ἐπραΰνα πειθοῖ. vel. πᾶν δ' ἐπραΰ-
,, νω πειθοῖ. hoc eſt: *nihil enim perfeci vi, omnia demulſi*
,, *perſuaſione*: vel *omne autē manſuefeci perſuaſione*: idq;
,, vt verum eſſe credam, inducit me, quod ſecunda in
,, πραΰνω producatur; nam quod ad primam attinet,
,, etſi natura longa eſt, facile ob ſequentem vocalem
,, corripi poteſt, vt in aliis eiuſmodi ſolent, de quibus
,, ad Ouum ſupra notauimus. nihil igitur verius hac
,, lectione, quam vltimo loco poſuimus. Cauſam au-
,, tem addit hoc verſu Amor iſte cæleſtis quare κύπριδος
,, παῖς *Veneris filius* non dicatur, καὶ αἴριος ὠκυπίτας, *&*
,, *& aerius celeriuolus*; nihil enim ſe per vim agere, ſed
,, omnes blanditiis pellicere: illum vero Veneris pue-
,, rum & volgiuagum Amorem ὑβριστικὸν, iniurioſum
,, eſſe, καὶ βιαστικὸν, & violentum: longe igitur ſe ab illo
,, diuerſum. Non dicit quidem expreſſe Amorem il-
,, lum alterum Veneris filium violentum eſſe & vi co-
,, gere, ſed facile intelligi datur ex comparationis ra-
,, tione quam ſic inſtituit. *Non ſum nec vocor ille Cypri-*
dis

Digitized by Google

» *dis puer, & volgiuagus Amor; nihil enim per vim perfi-*
» *cere conſueui*. Sequitur ergo illum alterum omnia
» per vim facere ſolitum, cui ſe adeo diſſimilem eſſe
» oſtendit. Non inepte etiam aliquis exiſtimare poſ-
» ſit heic conferri exemplum imperii quod exercet
» nunc Amor, ad imperium quod olim Terra exerce-
» bat priuſquam Amor naſceretur; illam enim κατ᾽
» ἀνάγκην *per neceſſitatem* imperitaſſe. Amorem vero
» κατὰ πειθὼ, *per ſuadelam*. quam ſententiam ſupra re-
» tuli ad illud ἀνίκ᾽ ἀίκραιν᾽ ἀνάγκα, quando iudicauit
» Neceſſitas.
» Εἴκει ἐμοὶ γαῖα, θαλάσσας τε μυχὸς χάλλεος ὐρανός τε)
» hoc eſt: *Paret mihi terra, mariſque penetrale, cęlumq;*
» *areum*. Ex duobus corruptis & multis verſibus vnũ
» hunc integrum & ſyncerum concinnauimus. ſic
» enim legebatur in vetuſto codice. Εἶκε δὲ μοι γαῖα
» θαλάσσας τε μυχὸς ὐρανός τε. Εἶκε δὲ μοι γᾶς τε μυχοὶ
» χάλκεος ὐρανός τε. id eſt, *Paret autem mihi Terra, &*
» *maris penetrale, cęlumq. Paret autem mihi Tellus, &*
» *penetralia areum cęlumq.* Sic ex duobus malis ac vi-
» tioſis vnum bonum ac ſanum fecimus, χάλκεος ὐρανός,
» *areum cælum*, apud Homerum eſt & Heſiodum.
» Εἴκει ἐμοὶ, vt in ſequenti verſu τὰν ἐγὼ ἰχνοστρισάμην.
» vbi ει, & ω propter ſequentes vocales corripiuntur.
» non etiam improbauerim ſi quis malit εἶξε δὲ μοι γαῖα
» θαλάσσας τε μυχός, vel εἶξαν ἐμοὶ, vt videntur Scho-
» liaſtæ legiſſe, qui ſic exponunt. ὑπεῖξαν δὲ μοι, οἱ γῆς
» τε καὶ θάλασσας μυχοὶ καὶ ὁ ὐρανός. id eſt, *Ceſſerunt au-*
» *tem mihi terra & maris receſſus, & cælum*. videntur
» igitur legiſſe εἶξαν ἐμοὶ γᾶς τε θαλάσσας τε μυχοὶ, χάλ-

κεος

,, κεως ὐρανός τε. ideſt, *ceſſerunt autem mihi terraque ma*
,, *riſque receſſus,& æneum cælum:* cui lectioni etiam ad-
,, ſtipulatur alter ex illis duobus deprauatis verſibus
,, quos ſupra ex membranis protulimus. εἶκε δὲ μοι γᾶς
,, τε μυχοὶ, vtro modo legas nil refert, noſtram tamen
,, præferimus. Nihil vero abſurdius correctione do-
,, ctorum hominum, qui ſic repoſuerant. ὐρανίον πᾶς τε
,, θεός μοι εἶκει. hoc eſt, *cæleſtium omniſque Deus mihi ce*
,, *dit*. quum enim ſequatur τῶν ἐγὼ ἐκνοσφισάμην ὠγύ-
,, γιον σκάπτρον. id eſt, *ab illis ego eripui ſceptrum anti-*
,, *quum*, quomodo videri poteſt Amor, ſceptrum Diis
,, eripuiſſe, qui regno potiebatur antequam quisquã
,, Deorum natus eſſet?
,, τῶν ἐγὼ ἐκνοσφισάμαν ὠγύγιον σκάπτρον] hoc eſt *ab illis ego*
,, *eripui antiquum* ſceptum. Ita repoſui, quum vulgo
,, eſſet: τῶν δ' ἐγὼν ἐκνοσφισάμαν. illud ἐγὼν verſus non
,, patiebatur. Coelum autem & Terram intelligit,
,, quibus Amor ſceptrum de manibus extorſiſſe glo-
,, riatur. Huc plane pertinet quod in primo verſu A-
,, mor Terræ regem ſe appellat, & Coelum ſolio a ſe
,, depulſum dicit, & in alia ſede cõſtitutum, quam re-
,, gia ſcilicet: ſic vltimus iſte verſus interpretationem
,, noſtram illorum verborum primi verſus Ακμονίδαν
,, τ' ἄλλυδις ἑδράσαντα, *cælumq; aliter conſtituentem* egre
,, gie comprobat.
,, Εἴκραινον δὲ θεοῖς θέμισας) id eſt. *Imperaui autem Dijs*
,, *leges*. Ita vetus, ex cuius autoritate ſic emenda ui-
,, mus. Vulgo erat: ἐκράνα δὲ σφὶν θέμισας. id eſt. *&*
,, *conſtitui ipſis iura*, ex correctione doctorum hominũ
,, qui tam male nomen deorum in præcedente verſu
,, repoſuerant, quam in hoc ſuſtulerant, vt error erro-

rem

„ rem ſequitur. Pro ἔκραινον malim ἔκρινον. ſic enim fre„ quenter apud poetas κρίνειν, & διακρίνειν θέμιστας.

„ *Hæc ad verbum vir eximius.*

Expenditur explicatio Eruditiſſimi Viri, ac ſpeciatim retinetur inſcriptio Amoris Alulæ. *CAP. VII.*

NOs autem vt in hac explicatione ſummam egregij viri diligentiam laudamus, & eruditionem admiramur, ita non omnino ſubſcribimus eius opinioni; ſiquidem ante omnia decurtatum Idyllij titulum non probo, dum ex eo tollit nomen Amoris, legens: Σιμμίου τοῦ Ροδίου πτέρυγες *Simmiæ Rhodij Alæ:* tum quia nihil immutandum eſt e textu, in quo habetur Σιμμίου τοῦ Ροδίου πτέρυγες Ἔρωτος ἢ πτερύγιον, *Simmiæ Rhodii Alæ Amoris, vel Alula*: tum quia titulus aptus & autorem, & ſubiectã materiam poematii ob oculos ponit: tum quia procul abeſſe debent a nominibus, & librorum titulis æquiuocationes, quæ vbiq; ſunt cauſa [a] obſcuritatis; quum rebus impoſita nomina ſint ad earum naturam [b] clare indicandam. Nec ſatis tuetur virum inſignem Hephæſtio Grammaticus antiquus, qui Simmiam citat ἐν πτέρυξιν *in Alis*, nulla facta mentione Amoris; nam ob breuitatem ſat erat illi citare Alas Simmiæ; quum alias nullas ediderit Simmias, neceſſario hæ intelligebantur, vel Amoris nomine ſuppreſſo: ſed autor Idyllio ſuo nomen imponens, eo materiam tractatã indicare tenebatur. Sic Ariſtoteles quoſdam ſuos libros inſcripſit *Analyticos Poſteriores*; qui tamen citantur *Poſteriorum* nomine, abſq; vlla mentione Analyſeos; & quos *De*

a. 2. poſt. anal. t. 8. 1.
b. 2. phyſ. t. 5.

Auſcultatione Phyſica Magiſter inſcripſit, eoſdem libros Peripatetici paſſim citare conſueuerunt nomine *Phyſicorum*, omiſſa mentione auſcultationis. Quare membranarum vulgatam inſcriptionem retinendam arbitramur. Σιμμίυ τῦ Ροδίυ πτέρυγες Ἔρωτος ἢ πτερύγιον· hoc eſt. *Simmiæ Rhodij Alæ Amoris, vel Alula*, quæ inſcriptio totam poematii naturam indicat, quum Alarum nomen
c. Ariſtoſ. 3. ſimplex haud magis Amoris, quam [c] Mercurii, Victoriæ, Iridis, Famæ, ac Temporis Alas indicare valeat; de quibus ſingulis poematium Simmias conſtituere potuit. Deinde vero non abſolute concedimus inclyto viro, titulum legi debere *De Alis* in numero multitudinis, non poſſe legi ſingulariter *de Amoris Ala vel Alula*, quia ſint binæ ſemper auium alæ; nam & Germanicus ille vertens Arati phœnomena loquitur de cornu Arietis, licet bina cornua obtinentis, numero ſingulari, dum ita ſcribit de ſigno primo Zodiaci:

Inde ſubeſt Aries, qui longe maxima torrens
Orbis, & ad finem ſpacij non tardior horam
Peruenit, & quando grauiore Lycaonis arctos
Axem, vel tutor, quem tanto gratior ille
Diſtantis cornu properat contingere metas.

d. eclog. 3. Et Virgilius ipſe ſcribit in [d] Bucolicis

. . . . *paſcite taurum*
Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.

Et ibidem paulo poſt:

Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto,

f. Idyl. 3. Et ante Virigilium Theocritus in [f] Amarylide

. . . . καὶ τὸν ἐνόρχαν
τὸν Λιβυκὸν Κνάκωνα φυλάσσεο, μὴ τὸ κορύψῃ

hoc

hoc eſt . . . . . *& illum teſticulatum hircum Libycum Cnaconem caueto, ne te cornu feriat.*

Quum tamen taurus & caper hircuſq; non vnico, ſed geminis cornibus polleat; non vnico, ſed ambobus petat feriatq;. Quin & Lunæ diminutæ cornua illa bina metaphorica numero ſingulari deſignantur a poeta latinæ linguæ peritiſſimo, Virgilium dico, g cuius in opere abſolutiſſimo. g.Georg.1

Luna reuertentes quum primum colligit ignes
Si nigrum obſcuro comprenderit aera cornu
Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber.

Quodq; magis vrget de quaternis vngulis equi loquitur idem Virgilius in h Heroicis numero ſingulari dum ait: h.11.Aen.

Quadrupedumq; putrem curſu quatit vngula campum i.8. Aene.
Et multo i prius
Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum.

Et in opere k paæſtantiſſimo perfectum equum deſcribens infit k.11. Aeneid.

Denſa iuba & dextro iactata recumbit in armo
At duplex agitur per lumbos ſpina, cauatque
Tellurem, & ſolido grauiter ſonat vngula cornu.

Sed & equitem citiſſimo curſu fugientem vtriſque calcaribus equum ad celerrimam fugam impellentem ait ferrata † calce fatigare numero ſingulari:

At iuuenis viciſſe dolo ratus, auolat ipſe
(Haud mora) conuerſiſq; fugax aufertur habenis,
Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat.

Ceterum & de Ala in eodem numero minori vtraſq; Alas indicans agit Magnus Albertus, & ante illum

m.1.de animal. tra.2.cap. 7. maximus Ariſtoteles. Albertus quidem [m] inquit *Volatile omne, cuius Ala aut pennata, aut corialis eſt, habet ſanguinem; quæ autem rugoſi ſunt corporis, ſanguinem non habent*. Ariſtoteles autem ſcribit.

n. Præd. ad aliquid [n] Οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίοτε οὐ δόξει ἀντιστρέφειν, ἐὰν μὴ οἰκείως πρὸς ὃ λέγεται ἀποδοθῇ, ἀλλὰ διαμάρτῃ ὁ ἀποδιδούς. οἷον τὸ πτερὸν ἐὰν ἀποδοθῇ ὄρνιθος, οὐκ ἀντιστρέφει ὄρνις πτεροῦ. οὐ γὰρ οἰκείως τὸ πρῶτον ἀποδέδοται πτερὸν ὄρνιθος. οὐ γὰρ ᾗ ὄρνις, ταύτῃ τὸ πτερὸν αὐτῆς λέγεται. ἀλλ' ᾗ πτερωτόν ἐστιν: πολλῶν γὰρ καὶ ἄλλων πτερά ἐστιν ἃ οὐκ εἰσὶν ὄρνιθες. ὥστε ἂν ἀποδοθῇ. οἰκείως καὶ ἀντιστρέφει. οἷον τὸ πτερὸν πτερωτοῦ πτερόν, καὶ τὸ πτερωτὸν πτερῷ πτερωτόν. id eſt. *At vero aliquoties non videbitur conuerti, niſi conuenienter ad quod dicitur aſſignetur, ſed peccet is qui aſſignat, vt Ala ſi aſſignetur Auis, non conuertitur vt ſit Auis Ala: non enim prius conuenienter aſſignatum eſt Ala Auis: neq; enim quatenus Auis eſt, eatenus Ala ipſius dicitur, ſed eo quod alata eſt: multorum enim & aliorum Alæ ſunt, quæ non ſunt Aues. Quare ſi aſſignetur conuenienter & conuertitur, vt, Ala Alati Ala eſt, & Alatum Ala Alatum.* Et viciſſim de naui vnum tantummodo velum habente veteres per metaphoram proferebant Alas in numero multitudinis, quoniam Dædalum alas ſibi & Icaro filio finxiſſe dicunt, qui e Creta fugiturus nauem primus carbaſo donauit, & carbaſa ventis; proindeque nauigio ſuo, nauigioque filii ſeorſum, non geminum, ſed vnicum velum appoſuit; quandoquidem multiplicare vela nauigiorum poſterius inuentum fuiſſe, nedum veriſſimile ac probabile, ſed plane neceſſarium eſt. Hinc Heſiodus in Operibus & Diebus inſit,

Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσπεμφέλου ἵμερος αἱρῇ,
Εὖτ' ἂν πληϊάδες σθένος ὄβριμον ὠρίωνος
Φεύγουσαι πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον
Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἀῆται.
Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ·
Γῆν δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω.
Νῆα δ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι πυκάσαι τε λίθοισι
Πάντοθεν, ὄφρ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων.
χείμαρον ἐξερύσας, ἵνα μὴ πύθῃ Διὸς ὄμβρος.
Οπλα δ' ἐπάρμενα πάντα τεῷ ἐγκάτθεο οἴκῳ,
Εὐκόσμως στολίσας νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο. id eſt.

„ *Quod ſi nauigationis periculoſæ deſiderium coepit,*
„ *Quando vtiq; Pleiades robur validum Orionis*
„ *Fugientes, occiderint in obſcurum pontum.*
„ *Tunc certe variorum Ventorum ſtridunt flamina;*
„ *Et tunc neamplius naues habe in nigro ponto,*
„ *Terram autem operari memineris, ita vt te iubeo.*
„ *Nauem vero in continentē trahito, munitoq; lapidibus*
„ *Vndiquaq;, vt arceant ventorũ robur humide flantiũ.*
„ *Sentina exhauſta, vt ne putrefaciat Iouis imber;*
„ *Inſtrumenta vero congrua omnia domi tuæ repone,*
„ *Ornatę conſeruans nauis alis pontigradæ.*

Porro nauis quæ in cōtinentem hyeme pertrahi debet lapidibusq; muniri atq; firmari ne a ventis concutiatur, neue moueatur, neceſſario paruę molis eſt, ac vnius carbaſi capax, vnius tantummodo mali compos; quod tamen numero multitudinis Alarum nomine metaphorico deſcribitur a poeta: Nec nobis obſtat Virgilius, qui non ſemel Alarum remigium dixit, quaſi non carbaſa, ſed remos nauigii comparauerit Alis; tum ubi de

Mer-

Mercurio ex æthere iuſſu Iouis ad Didonem volante o ſcribit:

,, *Hęc ait, & Maia genitum demittit ab alto,*
,, *Vt terra atque noua pateant Carthaginis arces*
,, *Hoſpitio Teucris, ne, fati neſcia Dido*
,, *Finibus arceret. volat ille per aera magnum*
,, *Remigio alarum, ac Libyæ citus aſtitit oris,*
,, *Et iam iuſſa facit. . . . .*

tum vbi Dædali fugam deſcribit p inquiens

,, *Dædalus (vt fama eſt) fugiens Minoia regna,*
,, *Prępetibus pennis auſus ſe credere cęlo,*
,, *Inſuetum per iter gelidas enauit ad arctos,*
,, *Calcidicaque leuis tandem citus aſtitit arce,*
,, *Redditus his primum terris tibi Phoebe ſacrauit*
,, *Remigium Alarum, poſuitq; immania templa.*

Quin & eadem metaphora uſus Lucretius docet alas ſolo officio remis comparari; at velis & officio mouendi, & imagine atque figura, ſcribit enim:

,, *Principio, quod Auerna vocantur, nomen id ab re*
,, *Impoſitum eſt, quia ſunt auibus contraria cunctis*
,, *E regione ea quod loca quum aduenere volantes*
,, *Remigii oblitę pennarum vela remittunt,*
,, *Præcipiteſque cadunt molli ceruice profuſæ*
,, *In terram, ſi forte ita fert natura locorum.*

Comparat itaque Lucretius abſolute Alas velis, & officium ſolum Alarum officio remorum, dum inquit volucres volantes oblitas remigii pennarum vela remittere: Sic & Lucianus in Timone de Mercurio, qui in cęlum reuolauerat, ait: ὁ μὲν ἀπελήλυθεν, ὡς δοκεῖ: τεκμαίρομαι γὰρ τῇ εἰρεσίᾳ τῶν πτερῶν. id eſt: *illa quidem abiit*

vt

vt videtur, coniicio enim ex remigio Alarum. Dædalus etiam, quem conſtat inuentorem velorum, non autem remorum nauis, qui longe vetuſtiores fuerunt æuo Dædaleo, dum apud Virgilium dicitur Phœbo ſacraſſe remigium Alarum, non remos, ſed carbaſa remorũ vicaria in officio mouendi nauem, aut potius conſortia in eodem opere, conſecraſſe ſcribitur. Et Mercurius e cœlo volans in terras, & e terris in cœlum reuolans remigio Alarum, remigii nomine motum nobis deſignat, non imaginem remorum, quo motu vehendi vel ducendi pellendique nauem quum non diffideant vela a remis, apte motum Alarum, & velorum officium in auibus, & in nauibus poeta paſſim deſcribit per remigium Alarum. Sed & relatu Aloyſii Muſti, patricii Veneti conſtat Azanagos Aethiopas naues Olyſippo nenſium prima vice ante omniũ nauigiorũ conſpectum ab ſe viſas exiſtimaſſe Aues ingentes albis alis volantes. Sed redeamus ad penſum. Quum igitur Alarum nomen vni velo nauigii Dædalęi competat, & viciſſim Ala numero minori aſcribatur aui geminas Alas habenti, ut Ariſtoteles & Albertus aſſerunt; iam tolerare poterat inclytus vir iſte communem & vulgatam inſcriptionem Σιμμίυ τῦ Ροδίυ Ερωτος πτερύγιον. *Simmiæ Rhodii Amoris Alula*, vel *Ala parua*, vel Pinnula ſeu etiã *Ala*, licet poematii facies imaginem habeat Alarum geminarum, ſeu figuram duplicis Alæ; ſed hac de re latius q infra. Deinceps vir egregius Amorem hunc a Simmia deſcriptum ponit antiquiſſimum eſſe omnium Deorum; & paulo poſt non ſine labe contradictionis, conſtituit cum Platone cœleſtem eſſe Amorem, natum

q cap. ſeq.

ex

ex Venere cœleſti. nonne cęlum veteribus eſt Deus, Saturni pater, & Iouis auus? id certe ſanxit Heſiodus in Theogonia. nonne cœleſtis illa Venus Dea eſt magis quam vulgaris ex mari nata, quæ Cypris appellatur? Vlterius non accipio a doctiſſimo viro Simmiam hic dicere Amorem tunc natum eſſe quum Terra regnaret; quoniam de regno Terræ in res alias ne verbũ quidem; ſed ſolum ait Simmias Amorem eſſe regem Telluris. Præterea cęleſtis hic Amor ſeipſum diſtinguens ab Amore vulgari, quod æthereus nihil per vim efficiat; non ideo arguit vulgarem Amorem omnia per vim facere ſolitum, ſed aliqua tantum; contradictoria ſunt enim, nihil violenter agere, & quædam violenter agere, ad normam r Ariſtotelicam; quæ contradictionẽ ponit inter vniuerſalem & particularem affirmationẽ & negationem, non inter ambas vniuerſales: & reuera vulgaris Amor non ſemper, nec omnes cogit violenter, ſed quoſdam, & aliquando; quoniam ut oeſtro Cupidinis acti plerumque mortales coguntur ea patrare, quæ mala eſſe cognoſcunt, & efficere nollent, vnde Publius Ouidius s infit de amante Medea

r 1. periher cap 5.

s 7. Metam

„ *Concipit interea validos Aeetias ignes,*
„ *Et luctata diu, poſtquam ratione furorem*
„ *Vincere non poterat, fruſtra Medea repugnas*
„ *Neſcio quis Deus obſtat, ait; mirumque quid hoc eſt,*
„ *An aliquid certe ſimile huic quod Amare vocatur.*
„ *Nam cur iuſſa patris nimium mihi dura videntur?*
„ *Sunt quoq; dura nimis: cur quem modo deniq; vidi*
„ *Ne pereat timeo, quæ tanti cauſa timoris?*
„ *Excute virgineo conceptas pectore flammas,*

Si

„ *Si potes infelix, ſi poſſem ſanior eſſem.*
„ *Sed trahit inuitam noua uis, aliudq; Cupido,*
„ *Mens aliud ſuadet. video meliora, proboq;,*
„ *Deteriora ſequor . . . .*

attamen ſponte ac blande quoque non raro ducimur in Venerem. Inſuper multas illas mutationes particularum textus ab erudito Viro inuectas nunquam ego probauerim, etſi nobis ratio contra non ſuppetat in præſentia cur ita ſcripſerit Doſiadas; nam ratio, quę nunc nos latet, aliis fortaſſe, ac nobis alio tempore poterit occurrere, penetralia textus intimius & acutius introſpicientibus. Ac ſpeciatim quod legit vir celſus in primo verſu & interpretatur. *Vide me qui latæ Terræ rex ſum, quique cælum in alia ſede conſtitui.* id eſt, *qui cælum ſolio depuli, & illa ſede deturbaui, quam obtinebat quum Terræ imperaret ac dominaretur, meque in eius locū intuli, & aliam eum ſedem quærere coegi.* hoc inquam recipere non poſſum, quia cęlum ſemper terrę imperauit, & nunc quoque illi dominatur, nec vnquam illi non dominabitur: nec Amor vnquam prohibuit quin cęlū Terræ dominaretur, ac imperaret. Sed Amor (vt ex [t] Heſiodo monebat [u] Ariſtoteles) diuinus vna cum Terra, veluti cum materia rerum generabiliū ex Chao primum exiens ante Deos omnes, ceu princeps generationis, cælum, & omnia reliqua procreauit de ſententia vetuſtiorum; qua de re late nos [x] infra commodiori loco. Nec omittam Scholiaſten ab inclyto Viro relatum in citatione Platonici dialogi de Amore, non bene Eryximachum nomine Thraſymachi nuncupaſſe; nam in Sympoſio, Platonis dialogo, qui de

t in Theogon.
u 1. metaſum. 2. c. 2.
x cap. ſeq.

amore diuino & humano diſputat, Eryximachus Medicus eſt, non Thraſymachus, quum nomen Thraſymachi nullibi legatur in toto illo Platonis opere; ſed fortaſſe lapſus fuit memoriæ Scholiaſtis ob nominum ſimilitudinem; vel erratum ſcriptoris, aut etiam Typographi: Fuit autẽ Thraſymachus Orator infenſiſſimus accuſator Socratis, obſeruatu Ficini. Quum igitur ab inclytis viris allatas huius Idyllii declarationes examinauerimus, age nunc propriam in medium afferamus.

y in Conu Plat. or 7. cap. 2.

Proponitur interpretatio propria Simmiani Poematis, Alæ Amoris inſcripti, demonſtrando Poetam in Idyllio ſub Amoris nomine myſtice Deum ſummum introducere vt optimum, loquentem de ſua æterna generatione, deque mundi totius primæua creatione, perenni conſeruatione, mirabilique gubernatione.

CAPVT VIII.

NOſtram huius Alulæ Amoris Simmiani declarationem propoſituri, debemus ante omnia rurſus textum poetæ Græce Latineque relegere, ad euidentiorem ænigmatis explicationem. Sic ergo ſe habet Græca poematii lectio,

Σιμμίυ τῦ Ροδίυ Πτέρυγες Ερωτος, ἢ Πτερύγιον.

Λεῦσσέ με τὸν γᾶς τε βαθυςέρνυ ἄνακτ᾽ ἀκμονίδαν θ᾽ ἄλλυδις ἑδράσαντα.
Μηδὲ τρέσης, εἰ τόσσος ὢν, δάσκια, βέβριθότα, λάχνα φέρω γένεια.
Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γενόμαν ἀνίκ᾽ ἔκριν᾽ ἀνάγκα,
Πάντα δ᾽ ὑπείκεσκε φρένεσσι λυγραῖς.
Ερπετ᾽ ἅπανθ᾽ ὅσ᾽ ἕρπει
Δι᾽ αἴθρας

χάους τε.
Οὔτι γε Κύπριδος παῖς
Ωκυπέτας δ᾽ αὐτὸς Ερως καλεῦμαι:
Οὔτι γὰρ ἔκρινα βιάζειν, παράγω δὲ πειθοῖ:
Γαῖα, θαλάσσας τε μυχοὶ, ὐρανίων πᾶς τε θεάς μοι εἴκει.
Τῶν δ᾽ ἐγὼν ἐκνοσφισάμην ὠγύγιον σκᾶπτρον ἔκραινάτε σφιν θέμιςας.

Quæ ſic latine redduntur,

Simmiæ Rhodii Alę Amoris, vel Alula.

Intuere me, qui ſum & telluris vaſti thoracis rex, cœlūque & mare qui condidi:
Neq; horreas ſi (quum ſim tantus) denſum & hirſutum fero mentū:
Tunc enim ego natus ſum quando viſum eſt Neceſsitati:
Omnia autem obtēperabant eius voluntati grauiſsimæ.
Animaliaq, omnia quæcunque nunc peragrant
Aeris Regionē

Et Chaos.
Neque vero *ſum* VENERIS filius:
Pernix tamen ipſe AMOR nominor:
Neq; .n. mihi decretū eſt vi ptrahere, ſed leniter adduco pſuaſione.
Tellus, Mariſque receſsus, coeleſtium etiam quilibet Deus mihi cedit.
Ab his ego remoui vetus ſceptrum, & conſtitui ipſis iura.

Omnes

Omnes ad vnum veteres & recentiores huius epigrammatis explicatores rectiſſime conſtituunt eius verum autorem fuiſſe Simmiam Rhodium, quum & inſcriptionis titulus id aperte teſtetur, & nihil in Idyllio ſit, aut alibi, quod alium eius opificem indicet; ſat erit ad hoc probandum vnus inſtar omnium Hephæſtio, qui ſuo in enchyridio de metris ita ſcribit ad verbum: πρὸ γὰρ αὐτῦ Σιμμίας ὁ Ῥόδιος ἐχρήσατο ἐν τῷ Πελέκει. Ανδροθία δῶρον ὁ φωκὶυς κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίνων Αθάνα· κἀν ταῖς πτέρυξι· Λύσσετε τὸν γᾶς τε Βαθυςέρνυ ἄνακτ' ἀκμονίδαν τ' ἄλλυδις ἑδράσασα.

„ hoc eſt: Nam ante ipſum Simmias Rhodius vſus
„ eſt Securi, Androtheæ donum Phocenſis robuſtiſſi-
„ mi inuenti gratiam referens Mineruæ. *ac etiam in*
„ *Alis.* Intuere & telluris vaſti thoracis regem, cœlũ-
„ que & mare qui condidi. Nomen epigrammati cum a figura, quam ob oculos repræſentat, tum a materia quam tractat, ſcite fuit impoſitum Ερωτος πτέρυγες, ἢ πτερύγιον *Amoris Alæ, vel Alula*; ſiquidem efformatur hoc Idylliumin Alarum imaginem, & Amoris attributa recenſet, doteſque celebrat. Scitiſſime vero titulum poematio ſuo fecit Autor *Amoris Alula* numero ſingulari, licet binæ ſint Amoris Alæ, quoniam alludere voluit cum ad ſimpliciſſimam vnitatem eſſentiæ Diuinæ, de qua nunc agit ſub Amoris nomine, in qua varia attributa re identificantur; tum ad peculiarem Amicitiæ conditionem, quæ licet inter duos ad minus neceſſario reperiatur, ii tamen adeo ſimiles eſſe debent, quicunq; vere Amici ſunt, vt utriuſque ſit vna voluntas, ac ut ait a Ariſtoteles, vna anima in duobus corporibus; nam Amicus eſt alter ipſe, vt dicebat Pythagoras, & collau- a 9. Ethic. cap. 8.

dabat

b 9. Ethic. cap. 4. 9. 7. Eudem. cap. 5.

c lib. 2 c: 8

dabat b Ariſtoteles, ac nos fuſius explicauimus in *allegoria c Peripatetica ad Aenigma Elia Lelia Criſpis*. Quãobrem Amoris Alæ, vt vna Alula dicuntur, quia dextera ſiniſtræ ſimillima eſt, imo quia vtraque ſeorſum dextera eſt & ſiniſtra, dextera enim Ala ſignificat Amatum, ſiniſtra vero Amantem; nam amatur quilibet ob virtutes, & perfectiones, quas poſſidet; quaſque amans in amato cognoſcit; & quoniam verax amicitia mutua eſt; ideo vterque amicorum ſimul eſt Amans & Amatus; vnde duæ Amoris Alæ ſunt vna Ala; ſapienter igitur Simmias hoc ſuo poematio titulum præfixit, non Amoris Alæ, ſed *Amoris Alula*, Alula inquit, tum reſpiciens ad Amorem, qui puellus effingitur, mole paruus, etſi virtute ac poteſtate magnus, cuiuſmodi d Ariſtoteles principium rerum eſſe dicit, nam de Amore Simmias hic agit tanquam de rerum omnium principio; tũ maxime innuens naturam immaterialem ſummi Dei, de quo nunc agitur à Simmia ſub Amoris nomine; quia magnitudo materiam ſequitur, ac ſupponit, paruitas e contra materiam minuit ac tollit. Pulcherrime vero Amorem, Deum Alatum, Idyllio Alarum effigiem habente, poematio Alulæ nomen ac titulum obtinente vetuſtus hic poeta cecinit, ac explicat. Etſi vero quod d Athenæus conteſtatur,

d 1. coel. t. 33.

Ευβϐλος δὲ ἢ Αραρὼς ἐν Καμπυλίωνι,
Τις ἦν ὁ ἀνάψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα
Ηκηροπλαςήσας ἔρωθ᾽ ὑπόπτερον ;
Ως ϐδὲν ἤδει πλὴν χελιδόνας γράφειν,
Αλλ᾽ ἦν ἄπειρος τῶν τρόπων τῶν, τϐ θεϐ
Εςιν γὰρ ϐτε κϐφος ϐτε ῥάδιος

Απάλ-

Ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον,
Βαρὺς δὲ κομιδῆ. πῶς ἂν οὖν ἔχοι πτερά;
τοιοῦτο πρᾶγμα λῆρος ἦν κἂν φήσει τις.

Ἄλεξις δ᾽ ἐν Ἀποκοπτομένῳ.

. . . . λέγεται γὰρ λόγος
Ὑπὸ τῶν σοφιστῶν μὴ πέτεσθαι τὸν θεὸν
Τὸν Ἔρωτα, τοὺς δ᾽ ἐρῶντας. αἰτίαν δ᾽ ἔχειν
Ἐκεῖνον ἄλλως ἠγνοηκότας δὲ τοὺς
Γραφεῖς ἔχοντα πτέρυγας αὐτὸν ζωγραφεῖν. hoc eſt.

Eubulus, ſiue Araros in Campylione.

„ *Quis mortalium primus queſo pinxit*
„ *Aut cera finxit Alatum Amorem?*
„ *Nihil præter teſtudines ille pingere didicerat,*
„ *Quin & ingenium prorſus ignorabat huius Dei.*
„ *Leuis enim minime eſt, aut ita facilis*
„ *Vt qui eius telis male habet, eo morbo ſtatim liberetur,*
„ *Immo grauis ſupra modum: quorſum ergo illi pennæ?*
„ *Ea res plane nugę, tametſi quiſpiam ita eſſe autumet.*

Alexis in Abſciſſo.

„ . . . . *creber ſermo eſt*
„ *Apud ſophiſtas, non volare Deum* (*affingi,*
„ *Amorem, ſed illos qui amant, alia vero de cauſa alas*
„ *Pictores autem ignaros pennatum eum delineaſſe.*

Tamen Simmias in Idyllio vulgatiorem opinionem ac veriorem ſententiam ſecutus eſt, ponens Amorem alatum; nam Amor alatus ſeu pennatus dicitur tum a Platone in Phædro, tum a Phornuto, qui volantem Amorem dicit, quia leues reddit amantes, & amantium cogitationes vagas, & in auis modũ ipſe volare videtur: & ante hos omnes non pictor, ſed poeta vetuſtiſſimus

Or-

Orpheus alatum cecinit Amorem inquiens in hymno proprio.

Κικλήσκω μέγαν, ἁγνὸν ἐράσμιον, ἡδὺν Ἔρωτα,
τοξαλκῆ, πτερόεντα, πυρίδρομον, εὔδρομον ὁρμῇ. hoc eſt.

,, *Voco magnum, caſtum, amabilem, iucundum Amorem,*
,, *Iaculo-potentem, alatum, in igne currentem, bene currentem impetu.*

Ac ſane alatus rectiſſime dicitur Amor tum diuinus, tum humanus; humanus quidem ab effectu, quia reddit amantes celerrimos in beneficium ſeruitiumque amatorum: ſic Virgilius amorem aligerum appellat; ſic apud [g] Propertium legimus.

[g] lib. 2.

,, *Quicunq; ille fuit puerum qui finxit Amorem*
,, *Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?*
,, *Hic primum vidit ſine ſenſu viuere amantes,*
,, *Et leuibus curis magna perire bona.*
,, *Idem non fruſtra ventoſas addidit alas,*
,, *Fecit & humano corde volare Deum,*
,, *Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,*
,, *Noſtraque non ullis permanet aura locis.*

Diuinus autem Amor multo potiori ratione dicitur alatus, quia perniciſſime accurit in omnes mundi plagas, ad omnia procreanda conſeruanda & gubernanda: ad quod alludens ſacra † pagina conteſtatur tertiam diuinæ Triadis perſonam, quæ Amor eſt Patris Filijq; mutuus, ſub ſpecie Columbæ apparuiſſe, atq; adeo alas induiſſe. Pulchre igitur ſciteq; Simmias de Diuino Amore tractans in Idyllio, ſuppoſuit eum alatum eſſe, dum in poematio Alarum imaginem habente, Diuini Amoris dotes celebrat. Inducit autem Amorem

† Marc. c. 1 Matth c. 3. Luc. cap. 3.

ſui

ſui dotes prædicantem ac promulgantem. Cæterum quæ fuerit in hoc poematio vera & ſolida autoris intentio, non ita patet ex interpretibus. Putauerim ego myſticum eſſe ſenſum huius Epigrammatis, quo a poeta celebratur ſub Amoris nomine Deus, vt optimus rerũ omnium conditor, gubernator, & conſeruator; ita vt Ala prior Deum optimum explicet, vt rerum vniuerſarum ſupremum conditorem; poſterior Ala eundem optimum Deum indicet vt rerum ſingularum conſeruatorem & gubernatorem. Quam quidem ſententiam luculentiſſime confirmare quoque videtur Diuus Dionyſius Areopogita tractans de diuinis nominibus in hæc verba, *Audebit & hoc vera ratio dicere, ipsâ omniũ cauſſam propter bonitatis exuperantiam omnia amare, omnia facere, omnia perficere, continere, conuertere. Eſt profecto diuinus Amor bonus boni, propter bonũ. Ipſe enim Amor beneficus rerum autor, quum antea in bono prorſus exuberaret, non permiſit ipſum ſine germine in ſe manere, ſed ad agendum mouit, per exceſſum, omnium genitorem. Nemo vero nos arbitretur præter ſacrarum litterarum autoritatem Amoris nomen colere. Eſt enim irrationale, vt reor, atque abſurdum, non vim ipſam inſtituti ſpectare, ſed dictionibus inhærere. Neque vero hoc eſt hominum diuina volentium intelligere, ſed ſonos dumtaxat nudos aucupantium, eoſque tantum ad aures obſeruantium, interiora nequaquam penetrantium: neque noſſe volentium, quid potiſſimum talis ſignificet dictio, & quemadmodum deceat eam per alia tantumdem valentia, & apertiora verba nonnunquam exponere; curioſe namque verſantur in elementis & lineis intellectu carentibus, & ſyllabis dictionibuſq;* cap. 4.

*cognitionis expertibus, neque ad intellectualem vim animæ penetrantibus, ſed extrinſecus circum labia aureſque ſonantibus: perinde ac ſi non liceat quaternarium numerum exprimere per bis duo; figuramque rectilineam, per figurã lineas directas habentem interpretari, ſiue maternam per patriam declarare (*vel potius, vt vertit Lanſellius, *aut maternam Patriam, per eam quæ patris eſt) vel aliud quoduis eorum, quæ in pluribus orationis partibus tantundem ſignificant: Decet autem recta ratione conſiderare, nos elementis, ſyllabis, dictionibus, ſcripturis, ſermonibus vti ſenſuum gratia: Quapropter vbi noſter animus intellectualibus actionibus ad intelligibilia ſe iam confert, ſuperflui ſunt cum rebus ſenſibilibus ſenſus; quemadmodum & vires intellectuales ſupervacuæ ſunt, quum animus diuinam indutus ſpeciem per ignotam vnionem luminis inacceſſibilis radios iam attingit, perceptionibus quibuſdam expertibus oculorum. Quando vero per ſenſibilia ſtudet ad contemplatiuas intelligentias prouocari, illi præ ceteris ſenſuum vſus eligendi ſunt, qui ad intelligenda planius introducunt, apertioreſque ſermones, & quæ inter viſibilia videntur expreſſiora: niſi enim expreſſa fuerint, quę ſenſibus occurrunt, ne ipſi quidem ſenſus ſenſibilia menti rite porrigere poterunt. Ceterum ne hæc dicere videamur ſacra eloquia peruertentes, audiant illa qui appellationem Amoris calumniantur.* † Pro. 4. Cant. 2. *Ama illam, † inquit, & ſeruabit te. Valla te illa & extollet te: Honora illam, vt te complectatur, & quæcunque alia a Theologis ratione quadam amatoria celebrantur. Iam vero quibuſdam ex noſtris ſacrorum tractatoribus viſum eſt Amoris nomen dilectionis, charitatiſue nomine diuinius eſſe: ſcribit enim & Diuinus Ignatius, Meus*

Amor

Amor crucifixus eſt. Atque in ipſis inſtructionibus ad ſacra ducentibus, quemdam Philonem de Diuina ſapientia dicentem audies, Amator quidem formę illius ſum effectus. Quamobrem nomen hoc Amoris minime formidemus; neq; nos vlla perturbet oratio ab hac appellatione deterrens. Mihi ſane videntur Theologi commune quidem arbitrari dilectionis Amoriſque nomen ſed propterea Diuinis Amorem ipſum verum potius aſſignare, vt iſtiusmodi hominum abſurdam præſumptionem feriant: Quum enim verus Amor non ſolum a nobis, ſed etiam a Diuinis eloquijs, quemadmodum Diuinitatem decet, celebretur; vulgus tamen vniforme illud appellationis amatoriæ capere minime potens, ſuo quodam more ad particularem corporeumq; atque diuiſum amorem eſt prolapſum: Qui profecto non verus eſt amor, ſed imago quædam, vel potius ab Amore vero ruina. Vnitas enim ipſa Diuini vniuſque Amoris a vulgari multitudine comprehendi non poteſt: quamobrem quod multis nomen videtur ingratius in diuina ſapientia ponitur, ad illos erigendos atque prouehendos in Amoris ipſius veri notitiam; Atque vt inde minus Amoris appellationi ſuccenſeant. Inter nos autem vbi abiectiores ingenio non nihil abſcœnum ſuſpiciari nõ nunquam poſſint, vocabulo quod videatur honeſtius ſcriptura vtens inquit, Cecidit dilectio tua ſuper me, ſicut dilectio mulierum(vertit tamen Lanſſelius, *Amor tui in me, ſicut amor mulierum) Apud illos autem, qui diuina recte audiunt, nomẽ dilectionis Amoriſque a ſacris Theologis in eadem potentia ponitur, vbi exprimere diuina conantur. Eſt autem hæc ipſa virtus quædam vnifica & con nectens, mirificeque commiſcens, in ipſo quod pulchro bonoque propter pulchrum bonumque pri-* 2. Reg. 1.

mo conſiſtens; deinde vero ex pulchro, bonoque propter pulchrum atque bonum foras emicans. Vbi ſane qui ſunt eiuſdem ordinis, alterna continet communione, priora vero ad inferiorum prouidentiam mouet: Inferiora denique conuerſione quadam ſuperioribus alligat. Præterea diuinus Amor exceſſum efficit, dum amantes ſui iuris eſſe non ſinit, ſed amatorum iubet exiſtere. Idque delarant omnia. Nempe ſuperiora inferiorum prouidentiæ ſe ſe dedunt: æqualia vero conſeruationi mutuæ mancipare ſe ſolent: Inferiora denique diuinæ cuidam ad ſuprema conuerſion ſe ipſa deuouent. Quapropter & Paulus ille magnus diuino Amore iam occupatus, traductoriaque Amoris huius virtute comprehẽſus, ore diuinitus afflato proclamat, Viuo iam non ego, viuit autem in me Chriſtus: tanquam verus amator, atque in Deo, vt inquit extra ſe poſitus, viuenſq; iam vitam non ſuam, ſed amatoriam, tanquam prorſus amabilem. Audendum quoque id inſuper pro veritate loqui ipſum etiam omnium autorem pulchro bonoque amore omnium propter bonitatis amatorię vehementiam extra ſe prodire, dum prouidet omnibus. Atque bonitate, & dilectione, & Amore quaſi mulcetur, atque ex illo ſtatu, quo ſuper omnia exiſtat, ab omnibus ſegregatus, ad id profecto, vt in omnibus ſit, deducitur: per ſuperſubſtantialem videlicet virtutem illam, quæ traducit quid ipſum interim a ſeipſo nuſquam digredientem. Quamobrem diuinarum rerum periti Zelotem illum appellauerunt, vt Amore benigno erga omnia prorſus exuberantem, excitantemque ad amatorij deſiderij ſui zelum, deſideriumque ipſum declarantẽ cælo dignum. Quo etiam quæ deſiderabilia ipſi ſunt, promerentur & zelum. Atque ipſe ad illa, quę prouidet, Zelo

quodam

quædam videtur affectus. Denique ipſum quod eſt amabile, ipſeque Amor pulchri, bonique eſt, & in pulchro bonoque priorem habet ſedem, & exiſtit, efficiturque propter pulchrum, atque bonum. Quid vero Theologi ſibi volunt? quum aliquando Deum Amorem, dilectionemque vocant, aliquando vero amabilem, atque diligibilem nominant. Sane alterius quidem cauſa eſt, ac veluti productor & genitor; alterum vero ipſe Deus exiſtit: rurſus altero quidem mouetur, altero vero mouet: quippe quum ipſe ſui, ſibique ſit prouector, & motor. Hac vtique ratione diligibile ipſum nominant, & amabilem, tanquam pulchrum, atque bonum. Amorem rurſus dilectionemque nominant, propter virtutem eius mouentem, prouehentemque ad ſeipſum. Quippe quum ſolum id ſit per ſeipſum pulchrum atque bonum. Item propter quandam ſui ipſius per ſeipſum expreſſionem, eminentiſſimeque vnitati benignam proceſſionem, motumque amatorium ſimplicem, ſe mouentem, per ſe operantem, præcedentem quidem in ipſo bono, atque ex ipſo per omnia procedentem, rurſumque ad bonum ſe reflectentem. In quo ſane munus ſuum ſine principioque carens præcipue diuinus Amor oſtendit: tanquam circulus aliquis ſempiternus propter ipſum bonum, ex bono, in bono, ad bonum reuolutione quadam nequaquam errante ſe glomerans: & in eodem, atque ſecundum idem eſt progrediens ſemper, & manens, & denique reſtitutus. Hæc inclytus quoque noſter in ſacris litteris inſtitutor diuinę admodum in amatorijs hymnis expoſuit. Quos profecto commemorare fas eſt, & tanquam ſacrum quoddam caput apponere noſtro de Amore ſermoni. Hierothei ſanctiſſimi ex amatorijs hymnis Amorem ſiue diuinum, ſiue Angelicum, ſiue intellectualem, ſiue

animalem,

animalem, ſiue naturalem dixerimus, vim quandam intelligamus vnificam atque commiſcentem; ſuperiora quidem mouentem ad inferiorum prouidentiam, rurſum quæ ſunt eiuſdem ordinis ad communionem mutuam adhortantem: inferiora tandem reuocantem, vt ad ſublimia conuertantur. Hactenus multos Amores ex vno pendentes diſpoſuimus, diximuſque deinceps quales ſint motiones vireſque Amorum tum mundanorum, tum mundo ſuperiorum. Quibus ſane mundanis ſecundum deſignatam rationis intentionem præſunt ordines ornatuſque intellectualium, intelligibiliumque Amorum; ſuper eos autem exiſtunt ipſi per ſe intelligibilis atque diuini Amorum ibi reuera pulchrorũ: A nobiſq; pro viribus proprie ſunt celebrati. Nunc iterum reſumentes omnes in vnum & conglobatum Amorem Amorum omnium patrem colligamus ſimul atque congregemus. Primo quidem ex multis in duas cogentes amatorias vires vniuerſales, quas quidem omnes continet regitque abſoluta totius amoris cauſa, penes principium omnia ſuperemi nens: ad quam contendit pro cuiuſq; natura vniuerſus rerum omnium Amor. Sic igitur Theologis noſtris conſentiens Simmias ſub Amoris nomine de Deo loquitur omnia procreante, ac optime gubernante. Sed age ſingulas Idyllij particulas diligenter examinemus.

Λεῦσσέ με

Intuere me

Hepheſtion legit Λεύσσετε *Intuere &* quæ lectio ſenſum non alterat; nam vtrunq; legatur, poeta inducit Amorem, ſiue Deum ſub ratione optimi de ſe loquentem, & homines ad ſui ipſus contemplationem inuitantem; quum obſeruatione Platonis in Sympoſio ſub Ariſto-

Ariſtophanis perſona, vis & natura Amoris ſit cognitu diffitillima, & homines maximopere lateat. Porro Deus vt optimus decentiſſime dicitur inuitare homines ad ſui ipſius meditationem, quia de ratione Boni eſt eſſe communicabile: Deus autem quum ſit optimus immo ſumma ipſa bonitas, geſtit ſeipſum hominibus communicare; communicat autem ſe Deus illis, a quibus intime dignoſcitur; tum quia intellectus humanus e Ariſtotelco monitu fit ea quæcunq; meditatur; tum quia in comtemplatione diuinorum maxime conſiſtit f felicitas; ad quam ob ſummam ſui bonitatē Deus homines adhortatur. Cæterum Deus vt optimus, a poeta pulchre dicitur Amor, iuxta Platonis decretum in Conuiuio; quoniam Amor eſt deſiderium, vnde Cupido nuncupatur. Bonum vero eſt voluntatis & appetitus proprium obiectum, vt ait h Ariſtoteles; & quia Deus eſt incorporeus; ideo non ſenſu, ſed intellectu ſolo percipi valet; qui pulchre i viſu deſignari poteſt ex Ariſtotelis doctrina. Sic ergo Deus quum ſit ſumma bonitas & optimus, adeoq; ſumme communicabilis, ideo ſponte nos inuitat ad ſui cognitionem; qui ſcit nos ſua cognitione beatos effici, ac ita ſe ſe nobis communicare. Nos enim Deum intelligendo amamus, amando poſſidemus, & poſſidendo fruimur, iuxta diuini præconis k oraculum. Alloquitur etiam Amor in hac Alulæ poematio non auditorem, ſed lectorem videntem; quia tota vis & forma poematis conſiſti in Alarum imagine, quæ nullo ſenſu alio, præter quam viſu percipi valet; ſi quis autem viſu non perceperit hoc epigramma, nunquam is agnoſcet cur Alarum nomine

e 3. de anim. t. 18 38.

f. 10. Eth. cap. 7. 8. 9. 10.

h. 1. Ethic. cap. 1.

i. 1. Eth. cap 6. 2. de ani. t. vlt.

K. D. Aug. Enchir. cap. 9.

mine vocatum fuerit a poeta eius autores.

Τὸν γᾶς τε βαθυςέρνε ἄνακτα

Terræ vaſti-thoracis regem

Veteres Terram & Amorem primum ex Chao emerſiſſe putarunt, vt ex [l] Ariſtotele conſtat, qui ſtatuit de ſententia Heſiodi *ante omnia fuiſſe Chaos, deinde Terram ſpacioſam, atq; Amorem, qui inter omnes immortales elucet, tanquam opportunum ſit, vt in entibus aliqua cauſa inſit, quæ res ipſas moueat atque coniungat.* Amor hic ſe regẽ Telluris ſtatuens cauſã ſimul & effectricẽ & formalẽ, & finalem mundanorũ omniũ conſtituit, quia Tellus vaſti-thoracis eſt materię ſymbolum, cuius conditio eſt magnitudo, & quantitas interminata; quod cenſuit [m] Auerroes; eſt enim, veluti [n] locus, omnium formarum naturalium receptrix, licet vere locus non ſit; & quum Deus immenſus ſit; illi vtcunq; proportionata materia debet eſſe lata, ſpacioſa, & vaſti-thoracis. Deũ autem erga materiam mundi ſe habere vt efficiens, forma, & finis omnium, de veterum opinione ab Ariſtotele collaudata, conſtat ex ipſomet Ariſtotele tum [o] alicubi ſcribente primum actum penitus immaterialem, vnum numero & ſpecie, eſſe a quo mundus habet ſui vnitatem numericam & ſpecificam, vt a multitudine animarum ſuarum homines in eadem ſpecie multiplicantur; tum [p] inferius aſſerente vniuerſi naturam & formam eſſe ipſum bonum, quod optimum eſt, ac in rerum mundanarum vniuerſitate ſe habet, vt dux in exercitu; & eſſe finem ad quem omnia ſunt eſſentialiter ſubordinata; & omnia, ceu princeps populũ, optime [q] gubernare. Quoniam vero Deus nullius indigus, non propter

l 1. met. Su. 2. c. 2.

m. 1. de ſubſt: orb. 2. de an. con. 4. 4. cœl. cõ 17, 72.

n. 4. phyſ. t. 15. 16. & ſeqq.

o. 12. meta. t. 49.

p. 12. meta. t. 52.

q. 12. met. t. 56.

ſe,

ſe, ſed vt ſui bonitatẽ cõmunicet entibus, ac materiei, cuncta in eſſe producta conſeruat, & conſeruata mire gubernat; proinde materiei mundanæ ſe ſe exhibet ſub ratione boni; & qua optimus eſt, atq; adeo vt Amor quidam eſt: nam bonum ſuapte natura eſt appetibile, pertinetq; ad voluntatẽ, cuius propria paſſio eſt Amor. Cæterum quia materia eſt ingenita, nec proprie fit ab efficiente cauſa, nec a formali, nec a finali, quamuis ab harum ſingula perficiatur; propterea diuinus hic Amor non dicit ſe Terram condidiſſe, verum ſe Telluris eſſe regem; nam & Heſiodi teſtimonio non fuit Amor ante terrã, ſed vna cum Terra ſimul effluxit Amor ex Chao, nimirum ante mundi conſtitutionem in abditiſſima æternitatis abyſſo, quam veteres dixere Chaos, præfuit diuinus Amor ſemper cupiens ſe ſe ſtatuto temporis puncto materiei mundanæ in actum ac perfectionem communicare; & quam primum fatali lege, ſummi Dei placito nixa, ex æternitatis Chao materia Telluris latæ nomine prodiit, & vna diuinus Amor eam perficere geſtiens, Amor dominium & imperium Terræ ſuſcepit; quia rationi conſonum fuit, inerti ac materiali Terræ dominari Deum actuoſiſſimum Amorem, non illi parere ſubditumq; obtemperare. Terram autẽ *Vaſti thoracis* appellat Simmias, tum imitatus Heſiodum, qui ſtatuit ex Chao, nimirum ex Abyſſo æternitatis exiuiſſe Amorem & Terram ſpacioſam; tum etiam reſpiciens materiæ proprium attributum, quod eſt habere magnitudinem interminatam; vt cum Auerroe cenſuerunt plurimi Philoſophi.

. . . . *ἀκμονίδαν θ' ἅλυδες ἑδράσαντα*

. . . . *Cœlumq; & mare qui condidi.*

Scilicet Amoris propria quum ſit operatio τὸ generare; vt ait † Areopogita noſter agens de Diuinis nominibus, ſtatim ac ex Chao ſimul cum Terra ſpacioſa prodijt Amor, dominium Terræ ceu materiæ ſuſcipiens, illico ex ea cœlum condidit, vt ait D. Auguſtinus, & mare; cœlum ex portione materię puriori, mare vero ex impuriori parte; nam omnes antiqui cœlum eſſe materiale conſtituunt, & eiuſdem materiæ cum rebus noſtratibus; quam ſententiam recepit & comprobauit vnus inter Philoſophos recētiores Romanus Egidius; quum a ſubcœleſtibus cœlum diſſidere materia nemo ante r Ariſtotelem conſtituerit. Coeli autem nomine ſignificat nunc more vetuſto poeta noſter totam illam corpulentiam, quæ complectens Aeris, Ignis, & Aetheris elementum, ab extima terreni & aquei globi ſuperficie protenditur vſq; ad vltima ſ ſidera; quo ſenſu vel t Ariſtoteli dicuntur aues coeli, tranquillitas, coeli, nubes coeli, ſerenitates coeli, ac pluuiæ coeli, & ſimilia. Quinimo poeta per coelum, & mare non intelligit nudam eorū corporum ſubſtantiā, ſed omnia viuentium genera ex iis orta, & in iis degentia. Quum enim rerum mundanarum generationem priſci ſapientes tetigerint, tum qui Theologi dicebantur, qui ex Nocte cuncta generant; tum qui naturales appellabantur, qui res omnes vna præexiſtentes in Chao æternitatis tunc fieri ſtatuebant, quum ex eo educerentur, vt pridem u Ariſtoteles. Vtramq; hanc opinionem Simmias attingit, & primum quidem naturalium, ſtatuens

† cap. 4.

s. vol. de Genes. contr. Manich. cap. 7.

r. 1. coel. t. 7. & ſeqq.

ſ. 1 meteor. cap. 3.

t. 25. ſect. probl. 4. 18. 21. 26. ſect. probl. 6. 63.

u. 12. metr. t. 30.

cum

cum Heſiodo in Theogonia ex Chao ante omnia efflu-xiſſe Terram latam & Amorem. Deinde vero Theo-logorum, aſſeuerans Amorem ex Terra condidiſſe coe-lum & mare, quia Terram priſci ſignificabant nomine Noctis, quod expers luminis obſcura ſit, ſeu quod eius vnius vmbra ſit ipſa nox; ex qua Terra, quam ſupra vi-dimus eſſe materiæ ſymbolum; dum coelum & mare generant Veteres virtute Amoris, iam ex Nocte cuncta generare dicuntur; quoniam omnia animantia tam terrigena, quam aquatica & volatilia materiam haben tia ex aqua, vt ait Thales, & multo antea Moſes in ſa-ra x pagina; & a cœlo, vt ab efficiente communi proue- x; geneſ. cap. 1.
nientia; quod annonat y Ariſtoteles; omnia inquam animantia nomine coeli & maris intelliguntur; Vt pro-pterea diuinus Amor Telluri dominans, Terramq; re-gens veluti primam omnium materiam, ex ea, quam alij noctem appellauerunt, conſtituerit coelum, & mare, atq; ex his duobus proxime dependentia generabilia cuncta noſtratia, potiſſimumq; animantia; quod admo-net in Sympoſio Plato dicens in hanc ſententiã, *Quod vtiq; per Amoris ſapientiam animalia cuncta gignantur atq; naſcantur quis dubitet?* & ante Platonem ex Plu-tarcho in Erotico deſcribit Empedocles Amoris ma-gnitudinem inquiens: y. 1. meteor. cap. 2 2. de gen. t. 56. & ſeq.

„ *Eſt in eir & Amor, plane quam cætera longus,*
„ *Quamq; eadem latus, ſed eum tu conſpice mente*
„ *Ne ſtupidus fruſtra hunc oculorum lumine quære.*
„ Intelligendum eſt hæc de Amore dici neq; enim viſu
„ Deus, ſed intelligentia cernitur iſte, vnus de anti-
„ quiſſimis. De quorũ ſingulis ſi certum iudicium quæ-

 ras,

,, ras, omnia templa peruagans, & quanuis Aram ſo-
,, phiſticum ſub examen vocans nihil calumniæ & in
,, quiſitionis relinquens immune. Ne procul abeam.
,, *A. Non ego ſatis video qualis dea ſit Venus.*
,, *B. Hæc eſt quæ hominibus inſerit Cupidinem,*
,, *Cuius quicunq; terras incolimus, proles ſumus.*

Venerem ſane ζείδωρον, id eſt, vitæ largitricem Empedocles frugiferam, Sophocles ſcite & conuenienter appellauerunt. Quibus conſentiens [2] Lucretius ita de Venere cecinit:

2. lib. 1. in princ.

,, *Aeneadum genetrix, hominum, Diuumq; voluptas*
,, *Alma Venus, cœli ſubter labentia ſigna*
,, *Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes*
,, *Concelebras, per te quoniam genus omne animantum*
,, *Concipitur, viſitq; exortum lumina ſolis.*
,, *Deniq; per maria ac montes, fluuioſq; rapaces*
,, *Frondiferaſq; domos auium, campoſq; virentes*
,, *Omnibus incutiens blandum per pectora amorem,*
,, *Efficis vt cupide generatim ſecla propagent.*
,, *Quæ quoniam rerum naturam ſola gubernas,*
,, *Nec ſine te quicquam dias in liminis oras*
,, *Exoritur.* . . . .

Sed & duos æni ſui primos verſiculos hauſiſſe Simmias e ſacra pagina potuit, in qua metrum hoc legitur in Annæ Cantico,

2. Reg.

,, *Domini enim ſunt cardines Terrę, & poſuit ſuper eos orbem.*

Quod ſuauiſſima Muſa Barberina ſic explicuit,

,, *Nam qua lux oritur Solis, & occidit,*

,, *Tellus*

„ *Tellus eſt Domini, qua pelagi patent*
„ *Tractus, & gemino cardine nititur*
„ *Coelum ſidera deferens.*

Et alibi ſenſum verſiculorum Simmię fere proponẽs.

„ *Qua Deus micantia*
„ *Creauit aſtra, machinamque mundi, &*
„ *Quicquid hoc in ambitu eſt.*

Μηδὲ τρέσῃς, εἰ τόσσος ὢν δάσκια, βεβριθότα, λάχνα φέρω γένεια.

Neq; horreas, ſi tantus quum ſim, denſum & hirſutum fero mentum Siue. . *vmbroſas languine fero genas.*

Quoniam vnusquiſque audito nomine Amoris, illico mente concipere conſueuit imberbem, mollem, delicatum, & pulchrum puellum; cuiuſmodi refert ad lucernam ſe vidiſſe dudum apud [a] Apuleium Pſyche, pro indeque ſi ab audito Amoris nomine videns longęuũ virum denſa barba, & hirſutis genis hiſpidum, qualem neceſſe eſt eſſe Deum deorum omnium antiquiſſimum, coeli, maris, & rerum omnium primum conditorem, exhorreſceret, non aliter quam olim Xanthi Philoſophi mulierculæ apud [t] Planudem audita pueri pulchri emptione ad miniſteria domeſtica, viſo turpiſſimo mortalium Aeſopo, exhorruerunt. Præmonet hic apud Simmiam Amor, ne ad eius adſpectum horreamus, causã referens cur barbatus ſit, & externam deformitatem, vt ita dicam, interna pulchritudine compenſans. Cęterum & maxime decorum hic ſeruat poeta, Deum inducens præmonentem ne ad eius adſpectum horreamus, quia Dei conſpectus homini nunquam non fuit formidabilis

a. 5. metã mor.

t. in vitã Aeſop. cap. 8.

u exod. cap. 33. dabilis: nã & in [u] ſacris litteris Deus infit Moyſi: *Non poteris videre facie meam, non enim videbit me homo, & viuet.* [x] Alibique ad apparitionem Angelorum timuerunt, exhorruerunt, turbatique ſunt viri ſancti. x Luc. 1. 2. 24. Mat. 28 Marc. 15. Porro Diuinus Amor vniuerſi conditor, denſum & hirſutum ferre mentum dicitur, & vmbroſas lanugine ferre malas, non quidem ob Alas, vt cenſuit vir egregius; quoniam Alæ mento non adnaſcuntur, nec genis; ſed ob ætatem ſolam, vt inſinuaretur Amorem hunc antiquiſſimũ eſſe, qualem decet eſſe primogenitũ Chaos, ac coeli, mariſq; conditorem, mundanorumq; omnium primum opificem; qualemq; Plato docet eſſe in Conuiuio, Parmenides, Pythagoras, Orpheus, Triſmegiſtus, & omnis antiquitas; qua de re Plutarchus in Erotico dicit: *Itaq; Parmenides Amorem oſtendit Veneris operum eſſe antiquiſſimum, in libro de ortu mundi ſic ſcribens.*

,, *Ante alios omnes ſuperos generauit Amorem.*

Heſiodus autem naturæ congruentius mihi videtur Amorem facere omnium antiquiſſimum, vt per eum omnia naſcantur. Sed & fortaſſis apud Platonem in Sympoſio Diotima dicit Amorem non eſſe pulchrum ea de cauſa quod foret antiquiſſimus. Quin & [y] ibidem Plato definiens Amorem eſſe deſiderium pulchri, Amorem turpem eſſe ſupponit, quia nil niſi turpe appetit pulchrum vt docet [z] Ariſtoteles, & ratio ſuadet, cui deſiderium eſt boni abſentis. At in ſacra pagina quoque Deus dicitur [a] *Antiquus dierum*; & [b] *ſenex*, vt videre licet apud Danielem, & Areopagitam agentem de Diuinis Nominibus.

y In hypſ. & conui.

z 1. ph. t. 28

a Daniel. 7

b Dion. de diu. nom. caap. 10.

Τᾶμος

Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γενόμαν, ἀνίκ᾽ ἔκριν ἀνάγκα.

Tunc enim ego natus ſum quãdo viſum eſt Neceſſitati. Cauſam hic affert Amor diuinus ſuæ antiquitatis; in primis enim ait ſe natum eſſe, quum Heſiodi & Acuſilai teſtimonio (quorum ſententiam nunc ſequitur Simmias) Amor ſimul cũ Terra ex Chao prodierit, vtriuſq; ortum ex Chao, primo rerum omnium principio ponit. Dicitur autem Amor diuinus natus fuiſſe, quia tunc incoepit in operibus ſeſe manifeſtare, quando Deus ex Chao cuncta produxit iuxta ſeniorum placita, nimirum tunc ſe primum Deus communicans rebus mundanis, miram ſui bonitatem oſtendit, mirificeq; ſe Amorem eſſe patefecit. Deinde vero tempus ſuæ natiuitatis refert Amor in arbitrium Neceſſitatis, nempe in decretum Fati; quum enim fatale decretum eſſet ex Chao cætera cuncta progigni beneficio Amoris Telluri dominantis; iam Neceſſitati fati viſum fuit a prima origine mundi ex vetuſtiſſimo Chao naſci antiquiſſimo tempore Terram & Amorem, veluti rerum aliarum omnium, & mundi totius prima primordia, priſcaq; principia. Quam Simmiæ ſententiam pulcherrime Plato ſic in Conuiuio declarauit: *Res Deorum Amore interueniente diſpoſitę ſunt. Amore, inquam, pulchritudinis; deformitatem quippe non ſequitur Amor. antea vero, vt ſupra dicebam, permulta atq; atrocia inter deos propter Neceſſitatis regnum, vt dicitur, contigerunt. Poſtquam vero deus hic ex pulchrorum deſiderio natus eſt, bona omnia iam ad Deos quam ad homines peruenere.* Neceſſitatis .n. nomine veteres cum [a] Materiã appellabant, tũ maxime Fatũ, [b] ac ipſum Deum, quod apertiſſime conſtat ex Ari-

[a] 2. phy.t. 75. & ſeqq. I. Pic. 2. de an. cap 20.
[b] Plat. 7. de Legib. Ficin in Symp cap. 11.

ſtotele

c. de müd. in t. ſtotele ſcribente in hanc ſententiam, *Equidem Neceſſitatem ipſam etiam nihil aliud quam Deum dici cenſuerim & intelligi. cui* ἀνάγκη *ex eo nomen eſt, quod natura quadam ſit immobilis. eundemque* εἱμαρμένην *id eſt Fatum, dictum a ſerie rerum conſerta, inoffenſoque tenore procedente. quod alio nomine* πεπρωμένην, *quod ab eo omnia terminata ſunt, ac nihil in rerum natura infinitum eſt.* Porro Fato ſic omnia ſubdita eſſe veteres opinabantur, vt admonuerit Plato in prouerbium abiiſſe, *Quod nec Deus vnquam cum Neceſſitate pugnabit.* Quare Deus Amor, ſiue diuinus Amor tunc natus eſſe dicitur, quando viſum eſt Neceſſitati, ſeu quando fatali decreto viſum eſt, nempe quando immutabili ſummi Dei voluntati placuit: ac reuera Deus & ad intra, & ad extra (quod aiunt noſtratium Theologorum Scholæ) natus eſt: ad intra quidē Deus Filius in principio æternitatis, ſeu ab æterno genitus eſt ex fecunda mente Dei Patris; quia tunc id placuit æternæ voluntati Diuinæ immutabili; quæ ob inuariabilitatem appellatur & a Simmia, & ab Ariſtotele, nomine Neceſſitatis; ad extra vero, tum in principio totius temporis, quando Deus Pater Filium ſuum vnigenitum fecit ſecum rerum omnium Creatorem: tum in plenitudine temporum; quando Deus Pater Filium Deum fecit hominem. Quas quidem tres Dei generationes a D. Ioanne tactas in Euangelii ſui veſtibulo Philoſophus Platonicus Amelius Chriſtianę religioni non initiatus approbauit admirabiliter inquiens, καὶ οὗτος ἄρ ἦν ὁ λόγος, καθ' ὃν ἀεὶ ὄντα τὰ γινόμενα ἐγείνετο, ὡς ἂν καὶ ἡράκλειτος ἀξιώσειε, καὶ νὴ δία ὃν ὁ βάρβαρος ἀξιοῖ, ἐν τῇ ἀρχῆς τάξειτε, καὶ ἀταξίᾳ, καθεστηκότα πρὸς

θεὸν

θεὸν εἶναι, καὶ θεὸν εἶναι δι' οὗ πάντα ἁπλῶς γεγενῆσθαι, ἐν ᾧ τὸ γενόμενον, ζῶν, καὶ ζωὴν, καὶ ὂν, πεφυκέναι, καὶ εἰς τὰ σώματα πίπτειν, καὶ σάρκα ἐνδυσάμενον, φαντάζεσθαι ἄνθρωπον, μετὰ τοῦ καὶ τηνικαῦτα δεικνῦναι τῆς φύσεως μεγαλεῖον, ἀμέλει καὶ ἀναλυθέντα, πάλιν ἀποθεοῦσθαι, καὶ θεὸν εἶναι, οἷος ἦν πρὸ τοῦ, εἰς τὸ σῶμα καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸν ἄνθρωπον καταχθῆναι. hoc eſt. *Atque hoc certe erat verbum, per quod ſemper exiſtens, ea quæ ſunt facta fuerunt, ſicut Heraclitus cenſet: & per Iouem, quod Verbum Barbarus ille exiſtimat in ordine, & confuſione principij ſtans, apud Deum fuiſſe, & Deum fuiſſe, per quem in vniuerſum cuncta ſunt facta: in quo quod factum ſit, fuerit viuens, & vita, & ens: tum in corpora lapſum, carnemque indutum, hominem apparuiſſe: oſtendens etiam tunc naturæ ſuæ magnitudinem. Omnino que reſolutum, rurſum deificatum, Deumque extitiſſe, qualis item fuiſſet, anteaquam in corpus, & carnem, & hominem deſcendiſſet.* Quibus Amelius iſte natione Græcus, & religione Gentilis, virum religione Chriſtianũ, & Hebræum origine, Barbarum appellat, ſed eius doctrinam de triplici Dei generatione cum iuramento veram eſſe teſtatur; quarum primam in principio æternitatis innuit dicens, *Verbum ſemper exiſtens, ſtans in ordine & confuſione principij, apud Deum fuiſſe, & Deum fuiſſe.* quod ait Euãgeliſta Ioannes, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum.* Secundam in principio temporis attingit Amelius aſſerens, *Atque hoc certe erat Verbum, per quod ſemper exiſtens, ea quæ ſunt, facta fuerunt:* & mox. *Quòd Verbum Barbarus ille exiſtimat in ordine & confuſione principij ſtans, apud Deum fuiſſe, & Deum fuiſſe, per quem*

in vniuerſum cuncta ſunt facta: in quo quod factum ſit, fuerit viuens, & vita, & ens. Ioanne dicente de Verbo Deo Filio Dei, *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. quod factum eſt, in ipſo vita erat*. Tertiam quoque generationem ponit Amelius addens de Verbo, *tum in corpora lapſum, carnemque indutum, hominem apparuiſſe*: quum Ioannes dicat, *Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*. Quin & Amelius ait, Verbum hominem factum *oſtendiſſe tunc etiam naturæ ſuæ magnitudinem, Deumque extitiſſe, qualis item fuerat, antequam in corpus, & carnem, & hominem deſcendiſſet*: nimirum per mirabilia facinora, & per admirabilem doctrinam homo factum Verbum ſe ſe Deum oſtendit magnæ potentiæ, mortuos ad vitam reuocans, mutis loquelam, auditum ſurdis, & cęcis viſum dicto concilians: Quod & Ioannes teſtatur aſserens, *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre) plenum gratiæ, & veritatis*: nimirum Verbum in plenitudine temporis aſsumens carnem, & homo naſcens, manſit plenum gratiæ, & veritatis; nihil de ſua diuinitate remittens ex aſsumptæ carnis contagione, ad animæ noſtræ diſcrimen, quæ dum corpori iungitur, illico coinquinatur labe peccati originalis, quo Dei gratiam non habet; ſimiliterque ignorantiæ malo ſuccumbit nullam omnino veritatem agnoſcens: Verbum vero diuinum humanæ carni aſſumptæ copulatum priſtinæ ſuæ tum gratiæ, ſeu gloriæ, tum etiam veritatis ac ſapientiæ plenitudinem, omninoque ſuam ſibi diuinitatem, & omnem perfectionem retinuit. Quin etiam quod ait Amelius, Verbum hominem

nem factum, oſtendiſse naturæ ſuæ diuinæ magnitudinem; Ioannes aſſerit, *ſe vidiſſe* cum aliis [d] Apoſtolis *gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a Patre*; id autem contigit in monte Thaboreo, quando *Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt ante eos: & reſplenduit facies eius ſicut Sol; veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquẽtes. Reſpondens autem Petrus dixit ad Ieſum, Domine, bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, & Moyſi vnum, & Elię vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbauit eos: & ecce vox de nube, dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* Quod præterea dicit Amelius, Verbum *omnino reſolutum, rurſum deificatum, Deumque extitiſſe, qualis item fuerat anteaquam in corpus & carnem & hominem deſcendiſſet,* accepit a Ioanne pariter, Ieſum vere mortuum fuiſse, rurſus virtute propria reuixiſse Deum, ac impaſſibilem & immortalem; & omnino glorioſum, qualis erat antequam humanum corpus aſsumeret, de cæli gloria deſcendens in vterum Virginis. Verum enim vero quod Verbum in hac ſui triplici generatione ſemper Deum Patrem habuit ſui genitorem, qui Filium genuit ab ęterno Verbum, & in principio temporis fecit ſecum Creatorem vniuerſorum, & in plenitudine temporũ genuit verum hominem ſaluatorem; genuit inquam ad placitum ſuæ voluntatis immutabilis, quæ propterea Neceſſitas appellatur; quam ſine violentia, cum ſumma libertate coniunctam in Deo colit [e] Plato cum aſseclis non

[d] Matt. 17. Luc. 9. Marc. 9.

[e] 7. de legib. Fic. in conu. c. 11.

f de mund. c. 7. ſolum,ſed etiam [f] Ariſtoteles, vt vidimus; propterea Simmias Deum introducit ſub ratione Boni dicentem ſe Amorem eſse natum quando viſum eſt Neceſſitati, ſcilicet inuariabili Dei Patris volũtati: viſum eſt autẽ Diuinæ voluntati,Deum filium gigni tum Verbum in principio æternitatis ad intra; tum Creatorem fieri cũ aliis perſonis Diuinis in principio temporis ad extra; tum demum hominem naſci in plenitudine temporum viſibiliter ad extra. Quarum generationum vt primã non ſolum Theologos noſtros, verum antiquiſſimos Autores Chaldæos,Hebræos,Gręcos,& Latinos Chriſtianis ſacris non initiatos, Mercurium Triſmegiſtum, Orpheum,Philonem,Platonem,Ariſtotelem,Plotinum Porphyrium,Proclum,Macrobium, Numenium, Pythagoram, Heraclitum, & Amelium celebrauiſſe fuſe nobis oſtendere conatur Epiſcopus Kiſamus agens de

g lib. 1. c. 5.& ſeqq. [g] Perenni Philoſophia: vtque tertiam antiqui cum Simmia videre potuerũt apud Prophetas & Sibyllas,de illa non obſcure vaticinantes:ita nos arbitramur, Simmiã in hoc ænigmate ſecundam potiſſimum reſpexiſſe; qua Deus Pater voluit Filium vna ſecum Creatorem rerum omnium facere in principio temporis:quod ſatis innuit Euangelium, in quo legimus Filium Dei de ſe talia

h Ioan. 5. dicentem,[h] *ſicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo; ſic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo:* quod eſt, ipſum

i A 1. facere ſecum Creatorem; nam & Ioannes idem [i] antea dixerat;*omnia per ipſum* Verbum *facta ſunt & ſine ipſo factũ eſt nihil:quod factũ eſt,in ipſo vita erat:*& perſuaſerat Amelio,*Verbum in principio apud Deum fuiſſe, & Deum fuiſſe,per quem in vniuerſum cuncta ſunt facta;in quo quod*

factum

factum ſit, fuerit viuens, & vita, & ens. Auguſtinus his cō-ſentiens [K] ait; *Quod factum eſt, erat vita in ipſo: ſi audis mutabilem creaturam per Filium factam, non tamen credas mutabilem eius voluntatem, quia non ſubito aliquid voluit facere; ſed omnia ab æterno fecit: quod factum eſt, tempore tranſit: quod in ſapientia immutabili eſt, tranſire nō poteſt; faber enim arcam prius facit in mente, poſt in opere: Quod in mente eſt, viuit cum artifice; quod fit, mutatur cum tempore.* Dicitur autem Deus Pater Deum Filium Creatorem facere, quod Creatoris attributum propria quadam ratione Deo Patri competit; Filio vero velut a Patre ſibi cōmunicatum; vt indicat [l] Euangeliſta; quo nomine Pater Deus Deum Filium Creatorem facit generatiue quoquo pacto. Ceterum quod admirabilis iſta Diuinarum perſonarum diſtinctio Simmiam latuiſſe credimus, aptius eius verba poterimus interpretari de Deo ſummo ſimpliciter, qui vnus in Trinitate conſiſtens, aliquando creans in principio temporum cælum terram, mare, aliaſque res mundanas, quas antea non creabat actu, tunc dicitur naſci Creator; creauit autem amans ſe ſe communicari ad extra, propter infinitam ſui bonitatem; nam de ratione boni eſt eſſe ſui diffuſiū & communicabile: ac certe Dei Amor ante mundi cōſtitutionem veluti latebat in abyſſo Aeternitatis, in abyſſo Diuinæ voluntatis; tunc autem exoriri naſcique dictus eſt, quando immutabili decreto fati, diuina voluntate nixi, vt nuper vidimus ex Ariſtotele, primum ex Chao diuinus Amor opifex rerum, & materies, cui diuina [d] bonitas in formam ſe ſe communicare cœpit, exierunt. Neceſſitatem vero ac Fatum in omnia

K t. 3. c. 1; de Gen. ad litt. l. 5.

l Ioan. c. 5.

d 1 phyſ. t. 81.

omnia ius habere, atque adeo *A*morem ſpeciatim tunc ortum fuiſſe, quando illi viſum eſt, illico Simmias confirmat ſubdens in hanc ſententiam.

Πάντα δ' ὑπείκεσκε φρένεσσι λυγραῖς

Omnia autem obtemperabant eius *voluntati grauiſſimæ.* vel vt legit Salmaſius, Neceſſitatis nomine materiam intelligens, quam Terram appellat inquiens:

Πάντα δὲ γᾶς εἶκε φραδαῖσι λυγραῖς

Omnia vero terræ parent conſilis grauibus.

Hāc theoriam Simmias mutuatus videtur tum ab Hippocrate, qui in oratione ad Aram Mineruæ perſuadere conatus Athenienſes vt ſuam patrem Co in ſeruitutem redactam aſſererent in priſtinam libertatem, infit ad verbum πᾶσιν ἀνθρώποισι πικρὴ ἀνάγκη τὰ μεμοιραμένα φέρειν. καρτερεῖ γὰρ βιάζεσθαι ἃ βούλεται. hoc eſt. *Mortales omnes duræ fati neceſſitati ſunt obnoxij: quæ, quod velit, per vim extorquere poteſt:* tum a Cleanthe, cuius verſus hi leguntur apud Epictetum Stoicum in Enchiridii calce ſic ab ipſomet † Seneca e Grǽco in latinum ſermonē tranſlati.

† epiſt. 107.

„ *Duc me parens, cęleſtiq; dominator poli,*
„ *Quocunq; placuit: nulla parendi mora eſt.*
„ *Aſſum impiger, fac nolle, comitabor gemens,*
„ *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt,*
„ *Maluſq; patiar, quod pati licuit bono.*

Licet quartum verſum putet inſiticium eruditiſſimus Lipſius, & alibi quam in Cleanthe a Seneca lectum, eo quod apud Epictetum ſoli tres primi legantur, & quintus in hęc verba.

Α"γ"

Ἄγου δέ μ᾽ ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ᾽ ἡ πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ᾽ ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος.
Ὡς ἕψομαί γ᾽ ἄοκνος. ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

Cęterum mihi longe probabilius eſt, Epictetum breuiloquentiſſimum recitaſſe quatuor ſolum verſus Cleanthis, omiſſo quarto, qui non variam ſententiam a tertio, ſed eius confirmationem habet; quam, Senecam Stoicorum ſtudioſiſſimum, & Cleanthis Stoici ſcripta familiariſſima ſibi habentem adduxiſſe, & interpretatum fuiſſe verſum pro Cleanthino, quem vere non legiſſet in metris Cleanthis, quæ omnia conſtant ex verbis, quibus Seneca introducit ſuam tranſlationem carminum Cleanthis. ait enim: Optimum eſt pati quod
„ emendare non poſſis, & Deum quo autore cuncta
„ proueniunt, ſine murmuratione comitari. Malus
„ miles eſt qui Imperatorem gemens ſequitur. Quare
„ impigri atque alacres excipiamus imperia, nec deſeramus
„ hunc operis pulcherrimi curſũ, cui quicquid
„ patimur intextũ eſt; & ſic alloquamur Iouem, cuius
„ gubernaculo moles iſta dirigitur, quemadmodum
„ Cleanthes noſter verſibus diſertiſſimis alloquitur,
„ quos mihi in noſtrum ſermonem mutare permittitur
„ Ciceronis viri diſertiſſimi exemplo. Si placuerint,
„ boni Conſules; ſi diſplicuerint, ſcies me in hoc ſecu-
„ tum Ciceronis exemplum. quem ſcilicet eloquentia ſua in carminibus deſtituit, quippe ſummus orator fuit, infimus poeta, longe diſpari locutione proſas, & carmina pangens; dignus tamen excuſatione, quum Arati phænomena verterit admodum adoleſcentulus,

vt

vt ipſe teſtatur 2. de nat. Deorum. Sed redeamus ad Neceſſitatem, quam Simmias grauiſſimam voluntatem rebus omnibus imperantem dicit, non diſsentiens a Platone, qui ſcribit in Sympoſio, *Sed Neceſſitas in omnibus rebus cuiuis grauis eſſe dicitur*. Quia Fato & Materiæ putabant vetuſtiores omnia ſic eſſe ſubiecta, vt nil illis omnino reluctari valeret; quod admonet e Ariſtoteles, a ſenioribus referri conſueuiſſe omnes euentus naturales, omniaque generabilia in vnam materiæ neceſſitatem; quicquid enim ortum habet, id ex neceſſitate factum fuiſſe ab initio, & indies fieri. Similiter omnia fato fieri ex neceſſitate ineuitabili quæcunque fiunt, tritum erat antiquitus: & ſane neceſſitatis imperium a Simmia notatum ita in noctis hymno tetigit Orpheus.

e 2.phyſ. t.72.& ſeqq.

Νῦκτα θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.
Νὺξ γένεσις πάντων, ἣν καὶ Κύπριν καλέσωμεν.
Κλῦθι μάκαιρα θεὰ, κυανυγὴς ἀστεροφεγγὴς
Ησυχίῃ χαίρουσα καὶ ἠρεμίῃ πολυύπνῳ
Ευφροσύνη, τερπνὴ, φιλοπάννυχε, μῆτερ ὀνείρων.
Ανθομέριμν' ἀγαθή τε πόνων ἀνάπαυσιν ἔχουσα.
Υμνοδότειρα, φίλη παντῶν ἐλάσιππε, νυχαυγὴς.
Ημιτελης χθόνια ἠδ' οὐρανία πάλιν αὐτὴ.
Εγκυκλία, παίκτειρα διώγμασιν ἠεροφοίτις.
Ηφῶς ἐκπέμπεις ὑπὸ νέρτεθα, καὶ πάλι φεύγεις
Εις αἴδην. δεινὴ γὰρ ἀνάγκη πάντα κρατύνει. hoc eſt:

» *Noctem Deorum generatricem cantibus celebrabo, atque virorum.*
» *Nox generatio omnium, quam & Cyprim vocabimus,*
» *Audi beata Dea nigrum ſplendorem habens, aſtris lucẽs*

Quie-

„ *Quiete gaudens, & quiete multi ſomnij,*
„ *Læta, delectabilis, pernoctationes amans, mater ſomniorum,*
„ *Obliuioni tradens curas, bonaque laborum quietem habens,*
„ *Hymnorum datrix, amica omnium, equis vecta, nocte ſplendens,*
„ *Semiperfecta, terreſtris, & cæleſtis rurſus ipſa.*
„ *Circularis, ludens, perſecutionibus per aera iens.*
„ *Quæ lucem emittis ad inferna, & rurſus fugis*
„ *In infernum. grauis enim Neceſſitas omnia vincit.*

Ex quo ſane loco nos colligimus, Noctis nomine, quã Orpheus Venerem appellat, omnium genetricem, & Neceſſitatem omnium victricem, priſcos intellexiſſe tum materiam, tum etiam Fatum, atque ſummum Deũ. Hac de cauſa pridem [f] Ariſtoteles alicubi dixit tum † Deum Neceſſitatẽ, ac Fatum appellari, præclariſſimis hiſce verbis, *Vnus porro Deus quum ſit, plurimis nominibus appellatus eſt; ab ijs vtique ſuis omnibus effectibus denominatus, quorum ſpecimen edere ipſe ſolet. Atque eum quidem* ζῆνα, *tum* δία *vocant, inter ſe compoſitis vtentes nominibus, atque e regione collocatis, tanquam duabus his vocibus ſignificare velint, per quem viuimus.* & mox. *Equidem Neceſſitatem ipſam etiam nihil aliud quam Deũ dici cenſuerim & intelligi: cui* ἀνάγκη *ex eo nomen eſt, quod natura quædam ſit immobilis. Eundemque* εἱμαρμένην, *id eſt Fatum, dictum a ſerie rerum conſerta, inoffenſoque tenore procedente:* tũ Theologos ex nocte cuncta generare; nam ex nocte, quæ materia eſt, cuncta gignebant velut ex principio [g] materiali phyſico; ex nocte, quę Fatum etiã

f 12. metaph. t. 30.
† de mund. c. 7.
g 1. Phyſ. c. 55. 71. & ſeqq.

M dicitur

a 1.ge.t.52 dicitur, omnia generabant, velut ex cauſa h effectrice
& ſeqq. communi. Multoq; prius idem Ariſtoteles materiam,
quam Orpheus hic Venerem dicit omnium genetri-
i 1. Phyſ. cem, comparabat i meretrici feminæ, quæ maſculos
t.81. omnes appeteret; quum omnibus formis vniri, om-
k 1 phyſ. nibus agentibus k ſubiici deſideret. Venus enim
t.56. haud contenta viro ſuo Vulcano, Martis concubi-
na fingitur, ex quo adulterio natus eſt Amor, vt
l 3. de nat. ait l Cicero, & Theodontius. Adonidi quoque Ve-
Deorum. nus turpiter miſta dicitur; ex Baccho ſimiliter moccha
Priapum genuiſſe ponitur à Micyllo; & Mercurio Her-
m 3 de na. maphroditum & Cupidinẽ peperiſſe ſcribitur à m Mar
Deorum. co Tullio; ac omninò Venus ipſa meretrix meretricum
n 11. Ge- dea apud Phœnices & Cyprios diffamatur à n Bocca-
neal.Deor. tio. Noctis autem nomine, ex qua res omnes, vt ex
cap.4. principio paſſiuo priſci naſci putabant, iidem vnā ma-
teriam primam intelligebant; quam a priuatione mini
o 1.Phyſ. me diſtinctam eſſe o cenſebant; quæ opinio ad Platonẽ
t.80. vſque peruenit; vt obſeruat Ariſtoteles; quippe vide-
bant Noctem nihil aliud eſſe, quàm umbram terræ, quę
Tellus ipſis materia prima eſſe ponebatur ex Chao cũ
Amore primum educta; vt dudum notante quoque
p 1.meta. p Ariſtotele dicebat Heſiodus; nihilque aliud quam
ſum.2.c.2.
q 2. de an. Priuationem luminis ſolaris, quod eſt forma & q actus,
t.69. vt materia eſt vmbra entis; nam eam r Ariſtoteles ait
r 1. phyſ. t.79. eſſe propè & quodammodo ſubſtantiam; quæ ſola ve-
ſ 1.phy.t. re eſt ſ ens; & t alibi, non quid, non quale, non quan-
27.39. t 7.met.t.8 tum, nec aliquid eorum quibus determinatur ens, nec
t 7.met.t.8 negationes horum, ſed veluti medium quid inter ens
& non ens, adeoque vmbram entis, & noctem, quæ
me-

medium quid eſt inter lumen & tenebras meras, vt materia [u] medium eſt inter formam & priuationem. Idem Neceſſitatis imperium in ratione Fati conſiſtens tetigit in Gorgia Plato dum infit: *Neque enim viuere hic quantumcunque tempus, optandum eſt viro qui vere ſit vir; neq; vita hæc amanda eſt; ſed hæc Deo cura relinquenda, mulieribuſque adhibenda fides, quæ dicunt neminem euitare poſſe Fatum; id in primis conſideret quiſque, qua ratione hoc ipſo tempore quo vita fungitur quam optime viuat.* Quam ſententiam profitetur etiam Heliodorus, [x] cui res Aethiopicas agenti, τοὺς γὰρ μοιρῶν ἀτρέπτους ὅρους προϊδεῖν μὲν δυνατον ἐκφεύγειν δὲ οὐκ ἐφικτόν. id eſt. *Fatorum enim decreta immutabilia prouidere quis poteſt, effugere vero non poteſt.* Cæterum quia Simmia nunc ſequitur opinionem eorum qui [x] dicunt, omnia facta eſſe, & fieri ab intellectu Diuino, & a ſummo bono ſemetipſum communicare geſtiente, ideo ſtatuit Amorem eſſe omnium conditorem, & natum quando omnia obtemperabant grauiſſimæ voluntati Neceſſitatis, quæ ſibi obedire cogebat vniuerſa, tum reipſa vt Plato ſcribit in Sympoſio; tum quia repudiata priſcorum opinione melior hæc inualuit Hermotimi & Anaxagoræ, quam Simmias accepit. Recte Ficinus ex Platone in Critia conſtituit Neceſſitatem in Diuinis eſse penitus voluntariam; imo vero [x] neceſſitatem non differre a voluntate in ſumma diuinitatis ſimplicitate; & in regno Neceſſitatis nullam ponit violentiam. Neceſſitatem vel obſeruatione [y] Ficini vocat Plato mundi animam, non quia vel naturæ, vel rationi violentiam inferat; ſed quia omnia in ſuo quodam ordine ab opifice rerum in-

u 1. phyſ. t. 56.

x lib. 2. c. 6.

x 1. meta. ſum. 2. c. 2.

x in arg. ad 10. de Re-publ.

y in Symp. ora. 5. c. 11

ſtituto conſeruat; neque permittit quicquam leges illius adeo tranſgredi, quin mox regrediatur in leges. Quod etiam Platonicus ille Plotinus conteſtatur a Ne-
z enn. 6. li. 8. ca. 9. 11. ceſſitate violentiam eximens in [z] libro, cui de Libertate & voluntate vnius titulum fecit, aſſeritque Deum Naturæ libertatem potius dici, quam Dominum, quũ ſit ſuapte natura libertas. Neque Plato ſtatuit ex propria ſententia in Sympoſio, Deos acerba paſſos ob neceſſitatem; ſed id protulit ex poetarum fabulis, quibus
a orat. 2. hac in parte non aſſentit. Platonis verba ſunt in [a] Conuiuio ab Agathone relata huiuſmodi. *Priſca vero Deorum geſta, quæ Heſiodus Parmenideſque deſcribunt, Neceſſitati potius quam Amori tribuenda, ſi modo illi vera narrant. Neque enim caſtrari inuicem, & vinciri, aliaque violenta permulta Diis olim contigiſſent, ſi Amor illis tũc adfuiſſet.* Ac paulo poſt repetit idem Plato. *Antea vero vt ſupra dicebam permulta atque atrocia inter Deos propter Neceſſitatis regnum vt dicitur, contigerunt.* Quare Plato non ex mente propria, ſed ex Parmenidis, Heſiodique ſententia refert, Diis atrocia multa contigiſſe ob Neceſſitatis regnum; quod placitum ipſe non collaudat, ſed in dubium reuocat. Neque ſane confundẽda eſt Neceſſitas Diuina cum humana, quod plerique faciunt; quum eas inter ſe longe diuerſas eſſe Plato
b 7. de Leg. conſtituat, dum ait [b] *Quod ex ipſis neceſſarium eſt, reiici non poteſt: Imo vero ad hoc ipſum reſpexiſſe videtur, qui prouerbio primus ita de Deo eſt locutus, Quod nec Deus vnquam cum Neceſſitate pugnabit, Quod equidem de Diuinis Neceſſitatibus intelligendum arbitror*, quæ ſcilicet ſine violentia ſunt, ac voluntariæ; quia Deus volunta-

ti

ti ſuæ minime repugnat. Adiicitque ſtatim ipſe Plato: *Nam ſi hoc de humanis neceſſitatibus dicatur, ad quas multi reſpicientes tale quid aiunt, longe omnium ſtultiſſima erit oratio*. Sic itaque Simmias de Diuina Neceſſitate tractans, quæ cum Diuina voluntate prorſus eſt eadē, nullam rebus violentiam ingerens, ſed cum libertate omnia regens, omnia procreans, certis legibus omnia ſeruans, Fatum ineuitabile dicitur, non immerito illi *grauis* epitheton attribuit. Sed & ea Neceſſitas, de qua nunc Simmias, eſſe potuit Materia, cui omnia priſci ſubiiciebant. Neceſſitati vero, ſeu ea Materia foret, ſeu Fati vis ineuitabilis, obtemperare tunc ait omnia generabilia, quæ Simmias noſter nunc a præſtantiori genere viuentia, ſeu animalia nuncupat, & in tria ſumma genera diſtribuit inquiens.

Ερπεθ' ἅπανθ' ὅσ' ἕρπει
δι' αἴθρας
χάος τῇ

Reptiliaque omnia quæcunque peragrant
Aeris regionem
Et CHAOS.

Nam reptilium nomine piſces, & animalia marina, quę fere omnia ſine pedibus natando repunt in aqueo elemento; nomine vero eorum, quę peragrant aeris regionē ſignificauit volucrum, & alituum genus omne, ſicut & olim tua Muſa Maxime Pontifex,

„ *Euehitur leni ſublata per aera motu*
„ *In vacuas oras, auium quas turba volatu*
„ *Huc illuc peragrant.*

Per ea autem, quæ peragrant Chaos, ſeu regionem Chaos, terreſtria cuncta connotauit. Terra enim vt pote rude ac imperfectum maxime elementum, & ex Chao primo productum, ab ipſo Chao denominationem apte deſumpſit. Quod & ipſe Steuchus in Coſmopœiæ veſtibulo ſcribit ab Heſiodo Moyſi conſentiente ſignificatum, *Atque Heſiodus quum ait,*

„ *Extitit ante Chaos, poſt hec latiſſima tellus,*
„ *Quam ſuper innixum pondus rerum incubat omne.*

Duo dixit ſcitu digniſſima, & cum Moſe vndequaque conſentientia. Primum fuiſſe Chaos, id eſt Terram & aquam informia, ac ceu maſſam: id enim etiam voce Hebraica dicitur Chaos, id eſt Thohu, vel Bohu. Deinde Terram extitiſſe, quod Moſes appellauit ſecluſionem aquarum a terra: ea enim fuit terræ creatio, quum primum ab aquis, quibus circumobruta, atque oppleta latebat informis, & quia nondum exſiccata, magis erat aqueum quiddam quã terra, emerſit. Tum dicit Heſiodus creatam terram, quæ omnia ſuſtineret, eoque vocat eam εὐρύστερνον, *amplos patenteſque habentem ſinus: docet nimirum doctiſſimus Vates, terram ideo fuiſſe creatam, vt ſuſtineret omnium rerum pondus. Is fuit, hoc opificis conſilium, condere elementum ſolidum, ſedem firmam ac robuſtam, qua cuncta ſuſtinerentur, cumprimis aqua, tum plantę, & animalia: Hinc veluti baſis ac radix fuit omnium rerum prior nominata, ac iacta in omni creatione.* Quem animantium numerum & ordinem in prima rerum omnium geneſi a ſummo Deo, vt optimo ſe ſe forinſecus communicare geſtiente, adeoq; ab Amore diuino patrata, deſumpſiſſe videtur poeta Rhodius hic noſter ex antiquiſſimi [y] Moſis hiſtoria ſacra, in qua legi-

y Geneſ. cap. 1.

legimus ita: *Dixit etiam Deus, producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli. Creauitq; Deus Cete grandia, & omnem animam viuentem atq; motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas: & omne volatile ſecundum genus ſuum. Et vidit Deus quod eſſet bonum, benedixitq; eis dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris; auesq; multiplicentur ſuper terram; & factum eſt veſpere & mane dies quintus. Dixit quoq; Deus: Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta, reptilia, & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas; factumq; eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere ſuo.* Quum enim reptilia ſint animalia apoda,
[z] nempe vel pedes non habentia, vel admodum breues; z de an.
quumq; huiuſmodi animalia maximo in numero de- t.96. 103.
gant in aquis, piſces omnium generum; non paruo in nu- 120.
mero terram incolant ſerpentes, & lacertæ multarum
ſpecierum; nec in aere deſint aues apodes nuncupatæ,
vt volucres plurimæ; de quibus agit Ariſtoteles nõ [a] vno a 1 hiſt.c.1
in loco; & Manucodiata, de qua mirificam hiſtoriam 9.hiſt c.30
habemus apud [b] Cardanum, Cardani maſtigem [c] Sca- b 10. de ſubtilit.
ligerum, [d] Maiolum ex Guilandino in hæc verba: c exerc. 228 2.
„ Memoriæ literis proditum eſt apud eos qui inte- d coll. de
„ gra de Hiſpanorum nauigationibus in alienum, & Auib.
„ tot ſeculis incognitum orbem volumina condidere,
„ in Moluchis inſulis auiculam quandam pulcherri-
„ mam oriri, mole quidem corporis exiguam, verum
„ pennarum ob cauſam, quæ ei ſunt ampliſſimæ; inq;
„ orbem digeſtæ, ita vt amplioris circuli deſcribant
„ ambitum, primo aſpectu videri maximã; eam a ne-

„ mine

" mine vnquam mortaliſi viuam in terra conſpectam
" eſſe,ſed ſummo quandoque ex æthere exanimem in
" humum decidere; atq; tunc caſu repertam ſanctiſſi-
" me ab incolis aſſeruari; quippe apud quos tãta ſit in
" veneratione, vt etiam ſe illa Reges ipſi in bello tu-
" tos exiſtiment;quamuis ſuo more in prima acie col-
" locati fuerint. Cęterum appellant vernaculo ſermo
" ne Monocodiatam,hoc eſt,auiculam Dei,propterea
" quod eam in Paradiſo tantum loco ſolius Dei vti ar
" bitrãtur,proprio,naſci firmiter perſuaſum habeant.
" Auicula eſt corporis magnitudine & pene forma co-
" turnici ſimilis; pennarum ambitu diſcolore,ſed ve-
" nuſto admodum & decoro, viſuq; iucundiſſimo vn-
" diq; exornata;caput quale hirundinis, maiuſculum
" pro corporis amplitudine. Pennæ ſuperiorem eius
" partem a prima ceruicis vertebra ad roſtri vſq; ini-
" tium exornantes breues ſunt,craſſæ,duræ,ſpiſſæ,co-
" loris lutei, inſigniter ſplendentes, & auri puriſſimi
" modo radiorum ſolarium inſtar fulgentes; cæteræ
" quæ mentum contegunt, & molliores & tenuiores,
" atq; ex cyaneo mire equidem virides deprehendun-
" tur, haud plane iis colore diſſimiles, quas in ana-
" tum maſculorum capitibus dum lucidiſſimo obuertũ
" tur ſideri,conſpicimus.Roſtrum item,quam ſit hirun
" dini, prolixius; pedes nulli. Pennæ alarum ardeis
" forma pares,ſed tenuiores longioreſq; colore fuſco,
" inter rufum & nigrum ſplendentes. At cum omnes
" tum quæ alas conſtituunt,tum quæ caudam effor-
" mant,in orbẽ extenduntur; rotæ ſimilitudine enim
" cuti animantis velut infixa hærent ſpicula,immobi-

les

les plane; mirum videri non debet ſponte ſuſtineri, neque vnquam in terris quoad in viuis eſt, conſpici, quando & pedibus vſus nullius in aere exiſtentibus prorſus deſtitui (quanquam id decretis Ariſtotelis ſummi Peripateticorum ſcholæ principis aduerſari nouimus, auem vllam pedibus carere negantis) paulo ante dictum ſit. Cæterum oriuntur iuxta ſingulas maiorum pennarum Alas conſtituentium origines aliȩ quoque minores, neq; ſane paucæ pennulæ, quæ ſupra maiorũ principia extenſȩ illa obtegũt, dimidio quiſquiliatæ, rufæ, coccineæue, reliqua parte croceæ, & fuluo auri colore ſplẽdidæ, multũ equidẽ gratiæ ac venuſtatis auiculæ, ob eximiã illã ac ſingularem colorum diſparitatem conciliantes. Reliqua corporis moles tota pennis fuluis in rufum colorem vergentibus obducitur; ita tamen vt aliquid adhuc inter eas diſcriminis animaduertas: nam quæ in pectore & ventre collocantur, & frequentiſſimæ ſunt, & pariter latiſſimæ duorum triumue digitorum amplitudine, colore fuluo, & eo quidem nitidiſſimo haud ſane alio quam iecur ipſum ſplendentes; quæ vero in dorſo fixæ ſunt, rariores, neque ita frequentes eſſe aperte cognoſcimus, & inſuper amplius diuiſuris hiare; pennarum omnia ardearum tergo adhærentium ſimilitudine clare videmus, neq; etiam ad tam inſignem latitudinem accedere, aut prȩſtantẽ illum hepatis colorem adæquare; quia puniceo potius colore carni ȩmulo, obſcuriore etiã num relucere pleniſſime perſpicimus. Porro pennȩ hȩ ſimul omnes tum quæ a ventre ſuam trahunt originem, tum quæ e dorſo renaſcuntur, caudam, quum ſint longiſſimæ

,, conſtituunt,quia ea cæterarum auicularum more mi
,, nime exornatur;neq; id magnopere mirum,quando
,, & aliȩ ipſȩ diuerſa ſint ratione concinnatæ; quippe
,, quæ in arctum contrahi, aut in latum diffundi pro
,, animantis libitu nequeant. Sed vno tantum eo-
,, demque modo naturaliter perpetuo conſiſtant, Pro-
,, pterea maſculi huius auiculæ dorſum omni ex par-
,, te depreſſum inflexumque eſt, adeo vt ſinum quen-
,, dam foueamq; efformet. In eam cauitatem oua fœ-
,, minā deponere ratio ipſa claro eſt argumēto; quū &
,, fęmina ventrem cauū obtineat, vt hoc pacto oua fa-
,, cilius poſſit incubare, ac tandem pullos excludere.
,, Denique adnectuntur maris doſo fila gemina,nigra,
,, cornuum modo vtrinq; in rectum extenſa; tres & am
,, plius palmos longa, neque rotunda exacte, neque
,, etiam perfecte angulata,ſed figura inter quadratum
,, & rotundum media; nec craſſa valde,nec ſumme te-
,, nuia, verum ſutorio filo haud plane diſſimilia; ho-
,, rum vſum talem eſſe cum reliquis huius ſeculi erudi-
,, tiſſimis viris exiſtimo, quo nimirum fœmina dum
,, oua incubat mari firmius alligetur,copuleturque;ci-
,, bus eis ſolidior vt arbitror nullus,qui enim in ſubli-
,, mi æthere eſſe poſſit? adhæc ſi interiora ſpectentur,
,, inane nihil reperitur, ſed totus venter inferior pin-
,, guedine tantum expletus conſpicitur (ſubdit e ſuo
,, penu Maiolus) Hæc auiculæ ipſius integra & certa
,, hiſtoria, cui neotericorum peritiſſimi quique calcu-
,, lum vno omnes ore adiiciunt,præter vnum Antoniū
,, Pigafettam,qui eam roſtro prolixo, & pedibus pal-
,, mi vnius longitudine falſo depingit. Etenim rem
,, aliter ſe habere ipſemet iam bis (neque enim plu-

ries

„ ries videre contigit,oculis manibusq; propriis liqui-
„ diſſime deprehendi;ac ne commentitia dicere me pu
„ tes, teſtem protinus horum omnium in humanis
„ adhuc degentem ſtatuo,virum cum doctum,tum hu
„ manitate præſtantem Cæſarem Odonem Apulum,
„ ſimplicium pharmacorum clariſſimũ indagatorem,
„ atq; eorundem in Bononienſi celeberrimo orbis
„ terrarum Gymnaſio profeſſorem;in cuius ædibus,
„ poſtquam Romæ in aula Illuſtriſſimi Principis Octa
„ uij Farneſii, inclytæ Parmenſium ciuitatis Ducis
„ præſtantiſſimi,ſemel vidiſſem,iterum intueri conceſ-
„ ſum eſt notis ijsdem omnibus,quibus retuli. Hæc il-
le ad verbum. At redeamus ad noſtrum Simmiam, qui proinde potuit vocabulo reptilium ſignificare genera omnia noſtratium animantium ſub cęlo degentium, ſed ſpeciatim aquatilia,quæ omnia repunt pedibus carentia. Omnia vero hæc a Rhodio dicuntur obtempera re grauiſſimæ voluntati Neceſſitatis; tum quia cenſuit ea oriri ex materia;tum quia putauit eadem naſci & interire lege fatali de qua [e] Virgilius agit, apud quem Dido, e 4. Aen.

. . . . . *Nec fato,merita nec morte peribat.*

Quin & præclarum legimus Ariſtotelis teſtimonium de generationibus & corruptionibus fatalibus, quas ille deſtinatas appellat dum inquit: [f] *Nam vt rerum minus principalium circuitus ſequantur, magis principalium rerum circuituum ratio eſt; vitam enim quandam & ortum & interitum vel ſtatuum eſſe fateor. Conuerſionis vero eorum ſiderum alia fortaſſe principia ſunt. Natura igitur ita ſibi vult, vt eorum numeris generationes & obitus nume-*

f 4. de gen. an. cap. 10.

N 2 ret;

ret; ſed exquiſite id facere nequit propter materiæ indefinitionem; & quod multa principia incidunt, quæ generationes deſtinatas ſecundum naturam & corruptiones ſæpe impediant; atque ita cauſa ſint earum, quæ eueniant præter naturam. Sed & Simmiæ noſtro ponenti Amorem omnia moderari, quæ prius Neceſſitati parebant, potiſſimum animantia, conſentit Eryximachus apud Platonem in Sympoſio dicens: *Amorem non ſolum in animis hominum erga pulchros ineſſe; verum etiam ad alia multa, atque in aliis, tum corporibus animalium omnium, tum his quę ex terra naſcuntur, ac denique in omnibus, vt ita dixerim, quæ in rerum natura conſiſtunt. Magnum quoque atq; admirabilem hunc Deum per omnia tam humana quam diuina latiſſime ſe porrigere.* Quod & Ariſtoteles confitetur aſſerens † *Deũ eſſe in Vniuerſo, & viciſſim cuncta in illo; mouerique omnia ab inexiſteate in nobis Numine.*

† 7. eudem. cap. 18.

Ο῎υτι γε Κύπριδος παῖς.

Neq; vero ſum Veneris Filius.

PLato in Cõuiuio duas ponit Veneres, & duos Amores, antiquam Venerem ſine matre natam e cœlo, quam propterea, cęleſtem nuncupat, & cęleſtis amoris genitricem; qui cœleſtis Amor pulchritudinem animi reſpiciens, nihil turpe aut inhoneſtum peragit. Iuniorem alterã ex Ioue & Dione progenitam; quam vulgarem communemque vocat; procreatricem ſenſualis & vulgaris Amoris corpoream pulchritudinem affectantis. Nunc Simmias Rhodius illum ſpectat Amorem qui non eſt Cypridis Filius, Veneris inquam vulgaris, quæ Cyprum coluit, & in Cypro culta ſenſualis Amoris mater diffamatur; proinde Simmiacus Amor de ſe loquens

loquens ait non eſſe ſe Cypridis Filium. An hic Amor, qui negat ſe Cypridis puerum, ſit cœleſtis Veneris Filius controuerſa res eſt; clariſſimi viri affirmāt; nos id affirmare non poſſumus; quoniā hic Amor a Simmia decantatus non ſolum in animis humanis vim habere dicitur, vti natum illum ex Venere cœleſti Plato, & Platonicus Plotinus aſſerunt in animis tantummodo ſedem habere; nec ſolum corpora reſpicere, vt Cupido natus ex Venere vulgari; ſed Terræ imperare dictus eſt, coelumq; ac mare cōdidiſſe; mox etiā dicetur imperare Dijs; proinde tertium quēdā ab illis duobus eſſe neceſſe eſt Amorem, nulla de Venere natum, ex Chao (nimirum ex abyſſo Aeternitatis, in qua erant omnia in potentia, atque adeo indiſtincta) vna cum Terra primo profectum; de quo tum Heſiodus in Theogonia, tum [g] Ariſtoteles ex Heſiodo, tum Simmias agit in præſentia. Cuius ſane triplicis Amoris meminit poſt [h] Plotinum [i] Rhodiginus inquiens, Omne deſiderium pulchritudinis eſſe Amorem; quia vero triplex eſt pulchritudo, vna quidem in animis, alia in corporibus ſingulis, tertia demum in muſica proportione; triplex propterea reperitur Amor, vnus ex Venere cœleſti natus, animorum pulchritudinem reſpiciens; alius exortus ex vulgari Venere, corporalem pulchritudinem quærens; tertius demum ex nulla Venere genitus, ſed ex Chao ſeu ex Aeternitate proueniens in prima vniuerſi conſtitutione, pulchritudinem proportionis rerum mundi fabricam conſtituentium ſpectans. Quæ proportio Muſica eſt; nam Amor diuinus omnia procreans ideo dicitur omnia in numero pondere & menſura conſtruxiſſe

g 1. metaſum. 2. cap. 2.

h enn. 1. lib. 1. cap. 2

i lib. 16. cap. 25.

K ſap. 11. l ſap. 1. in K ſacra pagina; in qua etiam legitur, [l] *Spiritus domini repleuit orbem terrarum; & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.* Quia ergo Deus vt optimus ſe ſe communicare geſtiens, mundum ab initio condidit omnia procreans in numero pondere & menſura; mirifica proportione inuicem iuncta mundum pulcherrimum conſtituentia, ideo tertius hic Amor nullius Veneris filius eſt, qui mundum condidit, & conditum cõſeruat, gubernatq; mirifice; ſiquidem ex Chao prodijt, quod rudis indigeſtaq; moles nomen ac rationem Veneris habere nequit, omni venuſtate carens, omnis pulchritudinis expers. Cæterum & Heſiodus, ex cuius Theogonia videtur hoc poematij ſui argumentum Simmias deprompſiſſe, ſtatuit Amorem non ex Venere natum, at ex Chao progreſſum. Venerem autem e ſpuma maris ortam poſtea, comitatum ac ſequutum fuiſſe, ſcribit enim,

Ητοι μὲν πρώτισα χάος γένετ᾽ αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ᾽ εὐρύσεγνος, πάντον ἕδος ἀσφαλὲς ἀεὶ
Αθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντες Ολύμπου.
Τάρταρα τ᾽ ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης.
Η δ᾽ Ερος, ὃς κάλλισος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
Et non multopoſt. . . . . . τὴν δ᾽ Αφροδίτην
Αφρογενείαν τε θεὰν καὶ εὐϛέφανον Κυθέρειαν
Κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες οὕν ἐκ ἐν ἀφρῷ
Θρέφθη ἀτὰρ Κυθέρειαν, ὅτι προσίκυρσε Κυθήροις.
Κυπρογένειαν δ᾽, ὅττι γένοιτο πολυκλύσῳ ἐνὶ Κύπρῳ
Η δὲ φιλομμηδία, ὅττι μηδέων ἐξεφαάνθη.
Τῇ δ᾽ Ερος ὡμάρτησε, καὶ Ιμερος ἕσπετο καλός.

quæ

quæ ita vertuntur:

„ *Primo omnium quidem Chaos fuit, ac deinde*
„ *Tellus lato pectore prædita, omnium fundamentum ſolidum ſemper*
„ *Immortalium, qui tenent iuga niuoſi Olympi,*
„ *Tartaraq; tenebricoſa in receſſu terræ ſpacioſa.*
„ *Atq; Amor, qui pulcherrimus inter immortales Deos.*
„ . . . . *Aphroditen autem ipſam*
„ *Spuma prognatam deam, & decoram pulchris ſertis Cythere am*
„ *Nominant tam Dij, quam homines eo quod in ſpuma*
„ *Nutrita eſt, ſed Cytheream, quod appulit Cytheris,*
„ *Cyprigenam vero, quod nata eſt in vndoſa Cypro,*
„ *Atq; amantem genitalia, quia ex genitalibus emerſit.*
„ *Hanc Amor comitatus eſt, & deſiderium ſequebatur pulchrum.*

Ωκυπέτας δ' αὐτὸς Ἔρως καλεῦμαι.

Pernix tamen ipſe Amor nominor.

AMoris quum proprium ſit pulchritudinem appetere; atq; in vnum iungere copulareq; naturas diuerſas ac diſcrepantes, maſculum & fœminam, & illis[m] proportione reſpondentes materiam, & formam, deſiderium, quo Deus ab initio pulchritudinem mundi amauit; & iungens cum[n] informi materia rerum omniũ formas, entia mundana procreauit; & vniuerſas rerum naturas in vnam mundi totius harmoniam compaginauit, hoc inquam ſummi Dei deſiderium aptiſſime nuncupatur Amor; qui de ſemetipſo loquens diuinus Amor omnia procreans & gubernans a noſtro poeta in hoc artificioſo

m 1. phyſ. t. 81.

n 1. phyſ. t. 69.

tificioſo Alarum Idyllio introductus ait: *Pernix tamen ipſe Amor nominor*, habens cum Amore vulgari filio Veneris commune nomen Amoris; & communem pernicitatem; vnde conſimiliter Alas habere dicor, in hoc poematio vtcunq; delineatus; quippe in vnum copulo coniungoque maxime diſcrepantes & contrarias corporei ſenſibiliſq; mundi partes: vt ex Heraclito, & Euripide
o S. Eth. cap. 1. de mund. cap. 6. dudũ afferebat, & collaudabat o Ariſt. inquiens, Amorẽ, quem Concordiæ nomine vocat ab effectu, ex contrarijs rebus atq; principijs mundum conſtituere, atq; conſeruare (quam theoriam luculentiſſimam habet, latiſſimamq; Magiſter; & nos ex eo ſatis explicauimus in
p lib. 2. cap. 3. *Allegoria* p *Peripatetica ad Elia Lelia Criſpis Aenigma* pridem inuulgata) Vnde nomen Amoris contraria conciliantis adeptus ſum; & vbiq; celeriter peragro cunctas mundi regiones; & hinc pernix appellor, & Alarũ
† lib. 5. epig. 11. carbaſo donor, ait Amor. licet † Tzetzes in Chiliadibus Amorem alatum fingi dicat, quod Aeri dominetur; inquit enim coniungens attributa diuini, & humani Amoris in hoc Idyllio a Simmia numerata.

Ὡραῖον νέον μίρακα τὸν ἔρωτα ζογράφοι
Τοξότην ζογραφοῦσι τε συνάμα καὶ πυρφόρον,
Καὶ πτερωτὸν κατέχοντα δελφίνα τε καὶ πόαν.
Τῇ μὲν γραφῇ τοῦ πτερωτοῦ, τῆς πόας τοῦ δελφῖνος,
Κρατεῖν τοῦτον σημαίνοντες, αἴρος, γῆς θαλάσσης.
Τοξότην καὶ πυρφόρον δὲ σὺν τούτοις ζωγραφοῦσιν,
Ὡς πλήττοντα καὶ φρίγοντα καρδίας τῶν ἐρώντων.
Νέον δὲ τοῦτον γράφουσι, συνάμα καὶ ὡραῖον,
Ὡς τοῦ ἐρᾶσθαι καὶ ἐρᾶν πρεπώδους νέᾳ φύσει.
Πρεπωδεστέρως μᾶλλον δὲ τῇ νέᾳ καὶ ὡραίᾳ hoc eſt.

For-

„ *Formoſum iuuenem adoleſcentem Amorem pictores*
„ *Sagittarium pingunt, atque vna igniferum,*
„ *Atque alatum, detinentem delphinum, atque herbam:*
„ *Pictura quidem alati, herbæ, delphini,*
„ *Dominari hunc indicantes aeri, terræ, mari,*
„ *Sagittarium vero, & igniferum cum his pingunt,*
„ *Velut verberantem, atq; incendentem corda amantium.*
„ *Iuuenem autem hunc pingunt ſimul & formoſum,*
„ *Velut quod amari atq; amare deceat iuuenilem ętatem,*
„ *Magis autem deceat & iuuenilem & formoſam.*

Heliodorus autem aliter ait: ἢ οἶδα ὅτι καὶ τὸν Ἔρωτα πτεροῦσιν οἱ γραφόντες τὸ εὐκίνητον τῶν ὑπ' αὐτοῦ κεχριτημένων αἰνιττόμενοι; hoc eſt: *An neſcis quod Amorem etiam alatum faciunt pictores; agilitatem illorũ, qui eo detinentur, quaſi ęnigmate quodam ſignificantes?* At potius Amorem diuinum Alatum & pernicem ponit Simmias, vtcumque reſpiciens ad illud † Pſalmographi, † Pſ. 138.

„ *Si ſumpſero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris.*
„ *Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.*

Vbi Genebrardus ait, *Diluculi, ſiue Auroræ, in genitiuo magis poetice, ſi ſumptis Auroræ pennis celeriter euolem in extrema mundi loca: ſi volauero in extremum Occidentem, tanta velocitate, quanta Aurora, illuc tu me comitaberis: etiam illuc me tua manus tenebit, tuaque dextera comprehendet. Aurora Solis prænuncia momento in totum hemiſphærium peruadit; adeo vt Phyſici diſputent, num illuminatio ſit motus momentaneus, citra prius & poſterius.*

O Vt

Vt vt ſit, ſit tempore imperceptibili: ac eſt alluſio ad Solem in Aurora iactu celerrimo radios longiſſimos vibrantem verſus Occidentem ſupra mare, vbi tandem dicatur occidere, ſe in Oceano veluti condens. Ad hæc forte Simmias alludens inducit Deum dicentem ſe pernicem eſſe & alatũ Amorem, etſi non ſit Veneris Filius, qui vulgaris ac terrenus eſt Amor. Quorum duum Amorum Monomachiam graphice in humano corde nobis ob oculos ponit inclyta Muſa *BARBERINA*,

„ *Quam duris animum curis dolor intimus angit,*
„ *Nec ſinit optata me requiete frui;*
„ *Heu ſimul ac cæli meditantem fulgor in altum*
„ *Tollit, amans terram corpus ad ima trahit.*
„ *Diſſidium hinc oriens geminos committit Amores;*
„ *Inque meo aſſidue pugnat vterque ſinu:*
„ *Concertant validis armis, ictusque viciſſim*
„ *Declinant, arti vincitur arte labor.*
„ *Roborat hunc Torpor, Luxuſq; procaxq; Voluptas:*
„ *Dum ſtimulant ſenſus mille cupidinibus.*
„ *Nititur at contra fractis hoſtilibus auſis,*
„ *Qui ſuperos inter nos vocat almus Amor.*
„ *Spes ſimul & Pietas geminatis viribus adſtant,*
„ *Vt victor ſiſtat cordis in arce gradum.*
„ *Inſpicit ancipitis Ratio diſcrimina pugnæ,*
„ *Et iugi clamans voce miniſtrat opem:*
„ *Cede boni fallacis Amor: vos ludicra peſſum*
„ *Ite: Domus Dominos non capit vna duos.*

Quti

Ουτι γὰρ ἔκρινα βιάζειν, παράγω δὲ πειθοῖ

Neq; enim mihi decretum eſt vi petrahere, ſed leniter adduco perſuaſione

vel vt alij legunt.

Ουτι γὰρ ἔκρινα Βιάροι, πραΰνω δὲ πειθοῖ.

Non enim iudico violenter, ſed lenio perſuaſione.

Reddit his cauſam cur Amor appelletur diuinus hic mundi ſator & conſeruator nulla Venere natus, ſimul afferens diſcrimen, quo a Neceſſitate ſeu lege Fati, & aliquando ab Amore vulgari diſcrepat. Amoris enim quum proprium ſit (ad odij & inimicitiæ differentiam, quæ violentia peragit quæcunq; facit) non vi pertrahere quicquam ad ſui contrarij coniugium, ſed leniter adducere; propterea ſcite diuinus ego, inquit, Amor appellor, quia non pertraho quicquam violente, ſed leniter adduco perſuaſione ſingula contraria ad fœdus ineundum cum ſuis contrarijs in mundi conſtitutionẽ; quo diſcrimine diſſideo a Fatis, & ab Amore vulgari filio Veneris; nam etſi fata volentem ducunt, nolentem tamen vi trahere dicuntur: & Amor vulgaris etſi pleroſque ducit ad connubium leniter; nonnullos tamen etiam violenter trahit ad copulam cum ijs, a quorum coniunctione lex, ratio, & natura retrahit abhorrens; quia tum apud q Platonem Sophocles Amorem Venereum nuncupat furioſum & agreſtem Dominum his notis: *Quum enim a quodam quonam pacto in Venereis ſe habere interrogaretur. & an poſſet mulieribus admiſceri, recte reſpondit: Bona verba quæſo o Amice, libentiſſime hac tanquam furioſum agreſtemq; Dominum aufugi.* tum re-

q 1. de Iuſto.

 pugnante

pugnante ratione Cynara ſe patri ſuppoſuit, quæ dice-re potuit cum Medea [r] Ouidiana

r 7. metamor.

. . . . . *Video meliora, proboq;*

Deteriora ſequor . . . .

ſ Senec. Trag. Hyp. Virg. 6. Aen.

tum aduerſante Natura [ſ] Paſiphae ſe tauro turpiſſime proſtituit; & capram foediſſime ſubagitauit ille Cratis Calaber, quem dormientem inſidiatus ei riualis hircus occidit, [t] Aeliani teſtimonio: & [u] Plutarchi relatu Paſtor alius ex equa centaurum genuit: & Ariſtonymus ex Aſina Filiam Onoſcelim procreauit, quod [x] Plutarchus ait obſeruatum fuiſſe ab Ariſtotele; qua de re nos late in opere *de [y] monſtrorum natura, cauſis, & differentijs*. Sed & mulieres iniri a Cinocephalis, hircis, canibus, & vrſis; quin & cum ſerpente coiuiſſe Haliam Sybaridis filiam, & ex eo congreſſu prolē ſuſtuliſſe Ophiugenarum memorat [z] Aelianus agens de animalibus. Cæterum Amor diuinus mundanorum omnium genitor, conſeruator, & gubernator, nihil violēter efficit, omnia leni perſuaſione ducit de non eſſe ad eſſe, in materia [a] diſpoſita formas omnes producens. Vnde tum † Ariſtoteles apte, *Neque enim iubendo Deus imperat,* inquit, *ſed cuius gratia prudentia eſt: quod vero alicuius gratia iubet, in alijs determinatum eſt, quoniam ille nullo eget*. tum Plato recte ſcribit in [b] Sympoſio, Amor nec iniuriam infert Deo, vel homini; nec a Deo, vel homine iniuriam patitur; nam violentia non tangit Amorem, neq; vi facit ſi quid faciat; quiſq; enim ſponte Amori in ſingulis paret: cui loco Platonis videtur conſentire Simmias afferens hunc ſui poematij verſum, quem explicamus. Sed & hanc Amoris diuini, ac Terreni differentiam hic

t 6. de animal. cap. 42.
u Sympoſ. init.
x Paral 29.
y l b 2. cap. 8.
z lib. 7. cap. 19.
a 2. de an. t. 24.
† 7. eud. c. 19.
b orat. 2.

a Sim-

Simmia propoſitam, quod Diuinus Amor leni perſuaſione ducat homines ad bonum, Amor Terrenus e cõtra violenter eos ad malum pertrahat, non ſemel cecinit BARBERINVS Olor, inquiens,

„ Proh, quis latentis ſemina toxici
„ Non hauſit imo corde! Cupidinis
„ Heu febre iactati proterue
„ Tantalicis inhiamus vndis.
„ Heu quiſque rurſus, cui placidus fugam
„ Siſtens bibendum ſe liquor exhibet,
„ In fontis eluſus nitore
„ Effigiem ſequitur fugacem
„ Narciſſus alter: cæcus Amor ſui
„ Vt obruit vim mentibus inſitam!
„ Vt fertur excuſſis habenis,
„ Libera quo rapuit voluntas!
„ Vt perdit omnes!

Et alibi,

„ Egregijs inhias formis: temerarius audes
„ Omnia: nil reris, ſi libet, eſſe nefas:
„ Ignibus inſanis flagras, & percitus oeſtro,
„ Quo Venus exagitat, quæque pericla ſubis:
„ Non probrum noxamue caues; non iura pudoris,
„ Dum ruis in præceps, te cohibere valent.
„ Quid muliebre decus refert, an diuitis auri
„ Fulgorem, & pompas ambitionis ames?
„ Impetit hinc animum terror, ſpes allicit illinc,
„ Teque trahunt prono deteriora pede:

Digitized by Google

,, *Et rerum ancipites ſatagens auertere caſus*
,, *Sæpius acccerſis damna, graueſque vices.*

Sed & alio loco,

,, *Ardua quæ ſacram Virtutis ducit ad ædem*
,, *Non adeo via ſentibus horret,*
,, *Non adeo ſaxis greſſum ſalebriſque ſatigat,*
,, *Vt ſenſus ſibi fingit inertis.*
,, *Nam vitij qui decliui cum tramite confert,*
,, *Difficilem minus eſſe fatetur.*
,, *Inſpice quanta pati cogat formoſa puellę*
,, *Cui facies cor macerat igne.*
,, *Seu cruciat ſtimulis auri veſana cupido,*
,, *Aut faſtu grauis ambitus vrget.*
,, *Ad poſtes Dominæ quoties quum decidit imber*
,, *Nocturnis vigil accubat horis?*
,, *Vel cæſus metuit perimi veniente marito,*
,, *Siue truci riualis ab enſe?*
,, *Iurgia quid foribus clauſis rixaſque coortas*
,, *Commemorem, foedamque repulſam?*

Γαῖα, θαλάσσας τε μυχοὶ ὐρανίων πᾶς τε θεὸς μοι εἴκει.

Tellus, mariſq; receſſus, coeleſtium etiam quilibet Deus mihi cedit

Licet inclytus Salmaſius aliter hunc verſum legat.

Εἴκει ἐμοὶ γαῖα, θαλάσσας τε μυχὸς, χάλκεος ὐρανός τε.

Paret mihi terra, & maris penetrale, coelumq; æreum.

Amor Diuinus omnium conditor, conſeruator, & gubernator, ait ſibi cedere parereve Tellurem; tum quia ſtatim ac prodiit ex Chao vna cum Terra lata, eius imperium

perium ſumpſit, eamque minime repugnantem formis ornauit, atque ſubiecit veluti materiam; tum quia nomine Telluris ſignificãtur omnia viuentia terrena, quę ab Amore producuntur & gubernantur. Sibi quoque cedere dicit Amor receſſus maris, quia quot quot in maris profundo viuunt animãtium ſecla natantia, omnia virtute Amoris genita ſunt, & poſt ortum aſſiduę ab Amore reguntur. Quod Plato ſcribit aſſerens in Sympoſio, *Quod utique per Amoris ſapientiam animalia cuncta gignantur, atque naſcantur, quis dubitet?* Cœleſtes enim Deos quoslibet Amori cedere conſtat ex eo tum quod[c] Ariſtophani fortaſſis inſinuauit & monſtrauit hic Simmias noſter volucres deificanti, cœleſtium Deorum nomine aues cœli denotans; quæ omnes ab Amore ante Deos alios ortum habuiſſe gloriantur apud Ariſtophanem verſibus[b] olim ab Auberio citatis: tum quod quemadmodum Terræ, mariſque grauia elementa ſubiecit Amoris imperio; ſic eidem Plato ſupponit Aerem, ignem, & Aetherem, quæ tria elementa cęleſtium Deorum nomine vetus poeta Simmias nuncupare potuit,[e] vt alii apud Ciceronem Mare Neptunum appellauerunt, & Terram Veſtam; tum quia fortaſſis Aeris, & Ignis elementi priſcus hic poeta non meminit, Aquæ ac Terræ[f] coeleſtia corpora ſideribus conſpicua coniungens ſub Deorum nomine in Amoris obſequiũ; quia veteres omnia ſenſu metientes, vt ait[g] Ariſtoteles, quæcunq; ſenſibilem corpulentiam non habent, inter entia non connumerabant: tum demum quod Plato in Sympoſio docet, Amori Martem non reſiſtere, qui fortitudinis Deus fortiſsimuſq; Deorum eſſe ſupponitur:

c in Auibus.

b cap. 2.

e Cic. de nat. deor.

f Plin. iuit. hiſt. nat.

g 1. de gen. t. 19. & ſeqq.

ſi namq; cedit Mauors Amori, næ cedunt eidem alii cœleſtes omnes dii, quibus Mars fortior eſſe cenſetur. Cœlum autem æreum appellauit, ob eius corporis firmitudinem, nulli prorſus obnoxium iniuriæ, quo nomine ſacra h pagina quoque cælum appellat firmamentum. Niſi forte ſignificare voluerit poeta cælum hic pro aere ſumi, qui ad imperium Dei malos vlciſcentis, pluuias non emittat ad fruges, vt veluti ferrum & æs de ſe nihil humoris emittit ſalutaris; quaſi Moſis effatum huc in ænum ſuum Simmias induxerit; quod legere potuit in Leuitico Deum talia minitantem improbis Hebræis, i *Daboque vobis cælum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam. Conſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.* Et hoc eſt, quod apud Simmiam in æno Deus inquit, *Paret mihi terra, & maris penetrale, cælumque æreum.* Maris vero penetrale Deo parere Simmias item legere potuit apud eundem Moſem. K *Quumque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus, flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum, diuiſaque eſt aqua. Et ingreſſi ſunt Filij Iſrael per medium ſicci maris: erat enim aqua quaſi murus a dextera eorum & læua. Perſequenteſq; Aegyptij ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & equites per medium maris. Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum: Et ſubuertit rotas curruum: ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij, fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moyſem: Extende manum tuam ſuper mare,*

h Geneſ. 1

i Cap. 26.

K exod. 14.

mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios ſuper currus , & equites eorum. Quumque extendiſſet Moyſes manum contra mare, reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locum: fugientibuſq; Aegyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. Reuerſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Et apud Habacucij cantieum, *Viam feciſti in mari equis eius, in loco aquarum multarum* . Non iurarem hæc non reſpexiſſe Simmiam, dum in æno ſuo mirabili Deum introducit dicentem, ſibi parere, cedereque maris penetralia, mariſue receſſum; Quod imperium domini erga mare Rubrum olim non ſemel celebrauit BARBERINA Muſa ſuauiſſime concinens,

„ *Sit mihi Dux Moſes, Rubras ad litteris vndas*
„ *Qui ſocios Phario duxit ab exilio,*
„ *Arida quum virga tactu veſtigia linquens*
„ *Inſterni tutum per freta vidit iter,*
„ *Suſpenſoſque maris fluctus hinc inde relabi,*
„ *Abſorptaſque rotas, & Pharaonis equos.*
& mox
„ *In Rubri fluctus Pharao quadrigas*
„ *Intulit Ponti; ſocios & arma*
„ *Suſtulit Numen, ſolidi refuſis*
„ *Gurgitis vndis.*
„ *Mempheos frendens perijt tyrannus*
„ *Merſus: at ſicco pede tranſierunt*
„ *Iſrael nati medium reciſi*
„ *Per maris æquor.*

Et infra ſuper illud Cantici Habacucij

P *Vnda*

„ *Vndarum fremitu ſpreto, limoque tenaci,*
„ *Eſt ab equis recluſa tuis via lata per æquor.*

Τῶν δ' ἐγὼν ἐκνοσφισάμην ὠγύγιον σκᾶπτρον.. . . . . . .

Ab his autem ego remoui vetus ſceptrum. . . . .

Vel vt legit vir celſus.

Τῶν ἐγὼ ἐκνοσφισαμαν ὠγύγιον σκᾶπτρον. . . . .

Ab his ego remoui antiquum ſceptrum. . . . .

NOn id Amor de ſe dicit, quia Iouẽ de mundi dominatu depulerit, vt ipſe Patrem ſuum Saturnum; nã Platonis obſeruatione in Sympoſio Amor docuit Iouẽ Deorum hominumque gubernationem; ſed quod ab elementis, atq; a cœleſtibus globis, adeoque a rebus omnibus ante mundum conditum in informi Chao ſub tyrannico Fati ac Neceſſitatis materialis dominio reſidentibus, in mundi prima conſtitutione remouerit Amor diuinus, omnia procreans, & ad eſſe perducens, repuleritq; vetus Neceſſitatis Fatiq; ſceptrũ ac imperiũ.

. . . . ἀκράαντά τε σφιν θέμισας

. . . . *Et conſtitui ipſis iura*

legunt alii. . ἔκρανον δὲ θεοῖς θέμισας

. . . . *Imperaui autem Dijs leges.*

NImirũ Amor diuinus in prima vniuerſi ſtructura, Telluri, mari, cœleſtibuſq; corporibus, & rebus omnibus in ijſdẽ cõprehenſis, certas & iuſtas naturę cuiuſque leges indixit; quibus in pace ſuis quæq; locis degentia corpora mundum perennem efformarent, &

exorna-

exornarent. Cuiq; rei proprias operationes præſcripſit idem diuinus Amor; nam vt ait in Conuiuio Plato, *Sagittandi, & medendi, & diuinandi peritiam Amore duce inuenit Apollo; Muſicam ſimiliter Muſę; fabricam Vulcanus ærariam; texendi artificium Minerua, Iupiter Deorum hominumq; gubernationem.* Et mox: *Amor deus eſt, qui pacem largitur hominibus, qui mari tranquillitatem, qui ventis requiem, cubile viuentibus omniumq; ſecurum. Hic ruſticitatem a nobis amouet, hic nos familiaritate conciliat cœtus huiuſmodi omnes congregans. In ſolemnibus feſtiſq; diebus, in choris, in ſacrificijs, Dux nobis & præſidens, manſuetudinem quidem porrigens, exterminans feritatem, beneuolentiæ largitor, maleuolentiæ omnis expulſor, propitius, beneficus; ſpectandus ſapientibus, Dijs placidus, exoptandus expertibus, participantibus poſſidendus atq; tenendus; deliciarum, mollium illecebrarum, gratiarum dulcis perfuſionis & deſiderij pater; bonorum ſtudioſus, malorum ſpretor, in labore, in timore, in deſiderio, in ſermone perfectus adiutor ſeruatorq; præcipuus; cunctorum deorum atq; hominum decus, & dux pulcherrimus atq; optimus; qui libidinibus & voluptatibus dominatur, magnus deus, & apud deos homineſq; mirandus, maximeq; omnium ad virtutem & beatitudinem conſequendam hominibus tam viuentibus, quam defunctis conducens,* Vt propterea ſcitiſſime Simmias vel ex [h] Platonis Agathone decreuerit Amorem Tellu- h in Sympoſ. orat. 2 ri, Mari, Dijſq; cœleſtibus omnibus, adeoq; mundanis rebus vniuerſis conſtituiſſe iura, earum cuiuſq; naturæ mire congruentia; indixiſſeq; leges vnicuiq; eſſentiæ iuſtiſſimas. Quam Simmiæ ſententiam collaudauit ante Platonem Orpheus in hymno Amoris inquiens.

Κικλήσκω μέγαν, ἁγνὸν, ἐράσμιον, ἡδυν Ερωτα,
Τοξαλκῆ, πτερόεντα, πυρίδρομον, εὔδρομον ὁρμῇ.
Συμπαίζοντα θεοῖς ἠδὲ θνητοῖς ἀνθρώποις.
Ευπάλαμον, διφυῆ· πάντων κλῇδας ἔχοντα.
Αἰθέρος ὐρανίȣ, πόντȣ, χθονὸς ἠδ' ὅσα θνητοῖς
Πνεῦματα παντογένεθλα θεὰ βόσκει χλοόκαρπος.
Ηδ' ὅσα τάρταρος εὐρὺς ἔχει πόντος θ' ἁλίδȣπος.
Μȣ̃νος γὰρ τȣ́των πάντων οἴηκα κρατύνεις.
Αλλὰ μάκαρ καθαραῖς γνώμαις μύσταισι συνέρχȣ.
Φαύλȣς δ' ἐκτοπίȣς θ' ὁρμὰς ἀπὸ τῶν δ' ἀπόπεμπε. hoc eſt.

,, *Voco magnum, caſtum, amabilem, iucundum Amorem,*
,, *Iaculo potentem, alatum, in igne currentem, benecurrentem impetu.*
,, *Colludentem Dijs, & mortalibus hominibus.*
,, *Bene conſtructum, duplicis naturę, omnium claues habentem,*
,, *Aetheris, cæli, ponti, terræ, & quoſcunq; mortalibus*
,, *Spiritus omnia generãs dea paſcit, viridẽ fructum faciẽs.*
,, *Et quæcunq; tartarus latus habet, pontuſq; in mari ſonans,*
,, *Solus enim illorum omnium gubernaculum regis,*
,, *Sed beate puris ſententijs ſacra diſcentes accede,*
,, *Pernicioſa vero abſurdaq; conſilia ab illis dimitte.*

Adeo enim conſimilis eſt huius hymni ſententia cum ea quæ continetur in Alis Amoris a Simmia deſcriptis, vt alterum poematium ab altero nil niſi metrorum figura diſſidere videatur. Sic ergo pennarum carbaſo Alarũq; velis diuinus Amor vniuerſam mundi regionem tranſuolat, omnia procreans, conſeruans, atq; gubernans. Non enim audio virum eruditum hic obiicientem

Alas

Alas nauium eſſe remos, non autem carbaſa, & vela, vt nos nouiſſime poſuimus; nam a nobis clare ſtat in Alexandra Lycophron, remos pedibus auium comparans, & alarum nomine nauiũ carbaſa deſignans his metris:

Οἱ δ' ἆσα γρώνης εὐγάληνα χερμάδος
Ναῦται λίαζον, καὶ πὸ γῆς ἐχάζοσαν
ὑσπλήγγας. αἱ δὲ παρθενοκτόνον θέτιν
ἰυλόπεζοι θεῖνον ἰυῶπες ποάθαις
πελαργοχρῶτες, αἱ φαλακραῖαι κόραι,
ὕπερ καλυδνῶν λευκὰ φαίνουσαι πτίλα,
ἄφλαστα, καὶ φώσσονας ὠργνωμένους.
ἀπαρκτίαις πρηστῆρος αἴθωνος πνοαῖς. hoc eſt:

„ *Funes vero tranquillos a concauis ſaxis*
„ *Nautæ ſoluebant; & a terra laxabant*
„ *Anchoras: Virgicidam autem Thetim*
„ *Iulipides pulchræ ſulcabant remis*
„ *Ciconipelles Phalacræa filiæ*
„ *Vltra Calydnas albas oſtendentes alas,*
„ *Roſtraq; & expanſa vela*
„ *Septentrionalibus turbinis acuti flatibus.* . . . . . .

Hoc ipſum comprobat tum Polydorus Vergilius, [a] cui velorum nauis inuentor celebratur Icarus; quem proinde fabulantur aptatis alis ſuperuolaſſe mare; ſed ſubmerſum, nomen Icario ponto dediſſe; tum natura polypi nautili; qui pedibus ſeu cirris, veluti remis vtitur ad nauigandum; & ala cartilaginea, ceu velo; de quo ſcribit [b] Ariſtoteles in hæc verba: † *Nauta quoq; polypus natura, & vitæ muneribus ſingularis eſt; nauigat enim per maris ſumma elatus de imo gurgite; effert ſe concha inuerſa vt aſcendere poſſit facilius, & inani ſcapha* [*] *enauiget*;

[a] lib. 16. cap. 15.

[b] 9. hiſt. cap. 37.

† Nautilus.

[*] nauiget.

vbi

vbi vero emerſit, concham reuertit; habet inter ſua brachia membranulam quandam annexam, ſimilem iȷs, quæ digitis inſertæ palmipedum auium continentur; verum illæ craſſiculæ ſunt, hæc prætenuis eſt, & araneæ ſpeciem imitatur; hac velificat, quum aura inſpirat cirros pro gubernaculis
c lib. 9. cap. 29. *vtroq; demittit latere; ſi quid metuerit, concham protinus mari replet, atq; ita demergit.* [c] Plinius eadem ferme re-
d 4. hiſt. cap. 1. lib. 1. 2. 4. petit inquiens: *Inter præcipua autem miracula eſt qui vocatur* Nautilos, *ab aliȷs Pompilos* (licet [d] Ariſtoteles & Oppianus Nautilum a Pompilo diſtinxerit) *ſupinus in ſumma æquorum peruenit ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina facile nauiget; poſtea prima duo brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit, qua velificante in aura, cæteris ſubremigans brachiȷs, media cauda vt gubernaculo ſe regit: ita vadit alto, Liburnicarum ludens imagine; &*
e lib. 9. cap. 34. *ſi quid pauoris interueniat, hauſta ſe mergens aqua.* Similia his [e] Aelianus infit: ὁ δὲ ναυτίλος πολύπυς μὲν ἐςὶ καὶ αὐτὸς, καὶ κόγχην μίαν ἔχει. ἀναπλεῖ μὲν ὖν ἐκ τῆς θαλάττις τὴν κόγχην ἐκςρέψας περὶ τὰ κάτω, ἵνα μὴ τῆς ἄλμης ἄλμης ἀρύσηται, καὶ ὠδήσῃ αὖθις αὐτόν, γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῖς κύμασιν, ὅταν μὲν ᾖ γαλήνη καὶ εἰρήνη πνευμάτον, ςρόφει τὴν κόγχην ὑπτίαν. ὁ δὲ ἐπιπλεῖ δίκην πορθμίδος. καὶ παρεὶς δύο πλεκτάνας ἐν τεῦθεν τε καὶ ἐκεῖθεν, καὶ πύοκινῶν ἡσυχῇ, ἐρέττει τε καὶ προωθεῖ τὴν συμφυῆ ναῦν. εἰ δὲ εἴη πνεῦμα, τὺς ἐρετμὺς μὲν τοὺς τέως προτείνας μακροτέρυς οἴακας ἐργάζεται, ἄλλας δὲ ἀνατείνας, ὧν μέσος χιτών ἐςὶ λεπτότατος, τῦτον διαςήσας ἱςίον αὐτὸν ἀποφαίνει. πλεῖ μὲν δὴ τὸν πρόπον τῦτον ἀδεὴς ὤν. ἐὰν μὲν τοι φοβηθῇ τι τῶν ἀδροτέρων, βυθίσας τὴν κόγχην ἐπλήρωσε καὶ κατώλιθεον ἐκ τῦ βάρυς. καὶ ἑαυτὸν ἀφανίσας, τὸν ἐχθρὸν ἀπέδρα. εἶτα ἐν εἰρήνῃ γενόμενος, ἀν ἔθορέ τε καὶ πλεῖ πάλιν.

,, πάλιν. καὶ ἔτι τέτων ἔχει τὸ ὄνομα. id eſt: Nautilus e
,, genere polyporum concha vna præditus eſt: is quū
,, ex ima maris ſede ad ſummam aquam effertur, in-
,, uertit & mutat concham deorſum verſus, vt ne hau-
,, ſta aqua rurſus demergatur; vbi vero ad ſummum
,, æquoris peruenit, & mare ab aduerſa tempeſtate cō
,, quieſcit, ſupinam concham vertit; hac enim tan-
,, quam ſcapha nauigatione fertur; & duo brachia in
,, vtrumque latus demiſſa ſenſim atq; moderate mo-
,, uens remigat, domeſticamq; & natiuam nauem pro
,, pellit. Quod ſi ventus flat, brachia, quæ tanquam
,, remos prius longe lateq; porrigebat, gubernacula
,, conſtituit; at quæ cæterorū brachiorum media eſt
,, membranula pertenuis, ea paſſa & intenta pro velo
,, vtitur; ſicque quum eſt ſine metu nauigat. Sin quid-
,, piam a valentioribus belluis metuit, ſe demergens
,, concham aqua complet; & ſimul ex pondere in pro-
,, fundum delabens ſe ſe occultat; atq; ita hoſtem ef-
,, fugit. Poſt vbi mare eſt tempeſtate vacuum, & a
,, belluis quietum, de imò maris gurgite ſe extollens,
,, rurſus per ſummum mare nauigat; vnde nomen ha- f lib. 7. cap. 19.
bet. f Athenæus de Nautilo referens quę ſupra vi-
dimus apud Ariſtotelem, adiicit Callimachi Cyre-
næi hoc epigramma ſcriptum in gratiā Silenææ Smyr-
nenſis, quæ Nautilon in templo Veneris Zephyritidis
dicauerat, vt ait Dalechampius.

Κόγχος ἐγὼ Ζεφυρῖτι παλαίτερος, ἀλλὰ σὺ νῦν με
Κύπρι Σεληναίης ἄνθεμα πρῶτον ἔχεις

Nau.

Ναυτίλον. ὃς πελάγεσσιν ἐπίπλεον, εἰ μὲν ἄηται,
Τείνας οἰκεῖον λαῖφος ἀπὸ προτόνων.
Ει δὲ γαληναίη λιπαρὴ θεὸς οὖλος ἐρέσσων
Ποσσὶν, ἵν' ὥσπερ καὶ τοὔνομα συμφέρεται.
Ες τ' ἔπεσον παρὰ θῖνας ἰουλίδας, ὄφρα γίνωμαι
Σοὶ τὸ περίσκεπτον παίγνιον Ἀρσινόης.
Μηδὲ μοι ἐν θαλάμῃσιν ἔθ' ὡς πάρος, εἰμὶ γὰρ ἄπνους,
Τίκτει τ' αἰνοτέρης ὠεὸν Ἀλκυόνης.
Κλεινίου ἀλλὰ θυγατρὶ δίδου χάριν. οἶδε γὰρ ἐσθλὰ
Ῥέζειν, καὶ Σμύρνης ἐστὶν ἀπ' Αἰολίδος. hoc eſt:

„ *Concha ego ſum, o Zephyriti, vetus, at nunc tu me*
„ *O Venus, Selenaæ primum habes donarium,*
„ *Nautilum, mari olim innatantem, ſi ventus flaret*
„ *E propriis rudentibus expanſo velo,*
„ *At in nitida tranquillitate celer ego totus remigabam*
„ *Multis quos habeo pedibus, vt nomen indicat.*
„ *Iulidis tandem in littus incidi, vt eſſem*
„ *Tibi charum ludicrum o Arſinoe.*
„ *Iam non opto quandoquidem expiraui, vt in cubili me iacente,*
„ *Alcyon miſeranda, veluti quondam oua pariat.*
„ *Verum in Clinia Filiam beneficium conferas, quæ & honeſta*
„ *Facere didicit, & nata eſt Aeolide Smyrna.*

g lib. 1. Oppianus itidem in g Halienticis hæc de Nautilo profert allatis conſentientia:

Εςὶ δὲ τις γλαφυρῷ κεκαλυμμένος ὑςράκῳ ἰχθὺς
Μορφὴν πυλυ πόδεσσιν ἀλίγκιος, ὃν καλέουσ

Ναυτίλον

Ναυτίλον, οἰκείησιν ἐπικλῆα ναυτιλίησι.
Ναίει μὲν ψαμάθοις, ἀνὰ δ' ἔρχεται ἄκρον ἐς ὕδωρ
Πρηνὴς ὄφρά καὶ μή μιν ἐνιπλήσειε θάλασσα.
Αλλ' ὅτ' ἀναπλώσῃ ῥοθίων ὅπερ Αμφιτρίτης,
Αἶψα μεταστρεφθεὶς ναυτίλλεται, ὥς ἀκάτοιο
Ιδρις ἀνήρ. δοιοὺς μὲν ἄνω πόδας ὥστε κάλωας,
Αντανύει. μέσσος δὲ διαρρέει, ἠΰτε λαῖφος,
Λεπτὸς, ὑμὴν, ἀνέμῳ δέ τι ταίνεται. αὐτὰρ ἔνερθε
Δοιοὶ ἁλὸς ψαύοντες ἐοικότες οἰήκεσσοι,
Πομποί τ' ἰθύνουσι δόμον, καὶ νῆα, καὶ ἰχθῦν.
Αλλ' ὅτε ταρβήσῃ σχεδόθεν κακὸν, οὐκέτ' ἀήταις
Φεύγει ἐπιτρέψας. σὺν δ' ἔσπασε πάντα χαλινὰ,
Ιστία τ' οἴηκάς τε τὸ δ' ἀθρόον ἔνδον ἔδεκτο
Κῦμα. βαρυνόμενος δὲ καθέλκεται ὕδατος ὁρμῇ hoc eſt:

„ *Eſt quidam curuo tectus ſub cortice piſcis*
„ *Polypodi ſimilis, quem dicunt nomine vero*
„ *Nautilon, inſignem ponto ſua gloria fecit,*
„ *Per freta dum cautus ſub nauis imagine ludit,*
„ *In ſabulo domus eſt, ſumma defertur in vnda*
„ *Pronus, neu pontum capiat plenuſq; grauetur.*
„ *Quum nando vehitur per fluctus Amphitrites*
„ *Extemplo verſus tumidam per marmoris vndam*
„ *Labitur, vt nandi doctus puppiſq; peritus,*
„ *Atq; pedes geminos tendit de more rudentum.*
„ *Quos inter medios tenuis membrana tumeſcit*
„ *Extenta, atq; pedes contingunt æquora ſubter*
„ *Temoni aſſimiles, nauem, piſcemq; domumq;*
„ *Deducunt; ſi forte malum ſupereminet vllum,*
„ *Abſorbet fluctus intro lymphiſq; grauatus*

,, *A tumidis trahitur cum pondere fluctibus vndæ.*

†lib. 12. Ep. 409.

Tzetzes in † Chiliadibus etiam Alas nauium dicit eſſe vela, ſic

Οι μῦθοι τὸν τε δαίδαλον, συνάμα ἰκαρίῳ,
πτερὰ φασί τεκτήναντας, φεύγειν ἐκ κρήτης μίνω,
Καὶ τεχνικῶς μὲν δαίδαλον χρώμενον τῇ πτερύξει,
Σωθῆναι πρὸς τὴν κάμικον πόλιν τῆς σικελίας.
Ικάριων ἀτέχνως δὲ χρώμενον τῇ πτερύξει,
Καταπεσεῖν καὶ θάνατον, εὑρεῖν ἐν τῷ πελάγει,
Ο ἀπ' αὐτοῦ ἰκάριον μέχρι καὶ νῦν καλεῖται.
Ταῦτα μὲν μῦθοι πλάττουσι. τὸ δ' ἀληθὲς τοιοῦτον.
Ο δαίδαλος πτοούμενος οὐχὶ μετρίως μίνω,
Ως πασιφάῃ συνεργῶν τῇ μίνως συζύγῳ,
Εἰς τὸν τοῦ ταύρου ἔρωτα, τοῦ στρατηγοῦ καὶ μίξιν,
Σὺν ἰκάρῳ τῷ υἱῷ ἔφευγον βάντες πλοίῳ.
Η καὶ δυσὶν ἐν πλοίοις δὲ ὅσπερ πτερὰ τὰ λαίφη.
Επεὶ δ' εὐπλοία δαίδαλος ἦλθεν εἰς σικελίαν,
Ικάριος δ' ἀπέπνικτο ζάλῃ καὶ ναυαγίᾳ,
Εφασαν τεχνικώτατα δαίδαλον πτερυχθῆναι,
Ικάριον χρυσάμενον δ' ἀτέχνῳ τῇ πτερύξει,
Πεσεῖν, ἀποπνιγῆναι τε εἰς πέλαγος, ὃ ἔφην.
Ομοίως τούτοις πτερωτὸν φασὶ καὶ τὸν περσέα.
Καὶ γαρ τριήρει καὶ αὐτὸς, ἧς περ πτερὰ τὰ λαίφη.
Τοὺς ἄθλους ἤνε λαμπρῶς, οὓς λέγεται ἀνοῦσαι.
Καὶ πέδιλα πτερόεντα ἑρμοῦ φασὶ κεκτῆσθαι
Οτι ταχὺς ἦν τοῖς ποσὶν, ἢ καὶ ταχὸς πρὸς λόγους.
Καὶ ἵππος δὲ ὁ πήγασος, ὁ τοῦ Βελλεροφόντου,
Ον περ οἱ μῦθοι πλάττουσι τῶν πτερωτῶν ὑπάρχειν,
Μεθ' οὗ περ κατειργάσατο τὰ τρόπαια ἐκεῖνα,

Τριήρους

Τριήρης ἦν ὁλκὰς, λίφει πτερὰ λαχοῦσα.
Καὶ δὶ ὑδάτων τρίχουσα θαλάσσης πηγαζόντων

hoc eſt;

,, *Fabulæ Dædalum ſimul cum Icario*
,, *Alas dicunt fabricantes, fugiſſe ex Creta Minoem,*
,, *Et artificioſe quidem Dædalum vſum alis*
,, *Seruatum fuiſſe ad Camillum vrbem Siciliæ,*
,, *Icarion ſine arte autem vſum alarum remigio*
,, *Decidiſſe, & mortem vidiſſe in pelago,*
,, *Quod ab ipſo & Icarion hactenus vocatur.*
,, *Hæc quidem fabulæ fingunt. verum autem tale,*
,, *Dædalus veritus non mediocriter Minoem*
,, *Velut Paſiphaæ cooperatus Minois coniugi,*
,, *Ad Tauri amorem imperatoris, & mixtionem,*
,, *Cum Icario filio fugerunt conſcenſa naui;*
,, *Vel etiam duabus in nauibus, quibus alæ erant vela.*
,, *Poſtquã autẽ recta nauigatione Dædalus venit in Siciliã*
,, *Icarius autem ſuffocatus eſt tempeſtate atq; naufragio,*
,, *Dixerunt artificioſiſſime Dædalum alatum fuiſſe,*
,, *Icarium autem vſum ſine arte remigio alarum*
,, *Cecidiſſe, ſuffocatumq; fuiſſe in mari quod dixi,*
,, *Similiter his alatum inquiunt & Perſeum,*
,, *Etenim Triremi, & ipſe, cuius alæ vela,*
,, *Certamina abſoluebat ſplendide, quæ dicitur abſoluiſſe:*
,, *Et talaria alata Mercurij dicitur habuiſſe,*
,, *Quod celer erat pedibus, vel etiam celer ad orationes,*
,, *Et equus ille Pegaſus, ille Bellorophontis,*
,, *Quem fabulæ fingunt alatum fuiſſe,*
,, *Cum quo perfecit trophæa illa,*

„ *Triremis erat nauis vela alata ſortita,*
„ *Et per aquas currens maris ex fontibus ortas.*

Vnde conſtat remigium alarum non obſtare quin alæ nauium ſint vela; non autem remi, ſecus ac putant viri Eruditi. Quibus etiam reclamat initio Floridorum
„ Apuleius, cui Aquila quum ſe nubium tenus altiſſi-
„ me ſublimauit, euecta alis, totum iſtud ſpacium, qua
„ pluitur & ningitur, vltra quod cacumen nec fulmini
„ nec fulguri locus eſt, in ipſo vt ita dixerim ſolo æthe-
„ ris, & faſtigio hyemis: quũ igitur eo ſeſe aquila ex-
„ tulit nutu elementi læuorsũ vel dextrorsũ tãta mole
„ corporis labitur, velificatas alas quo libuit aduertẽs
„ modico caudæ gubernaculo, inde cuncta deſpiciens,
„ ibidem pinnarum eminus indefeſſa remigia, ac pau-
„ liſper cunctabundo volatu pene eodem loco pẽdula
„ circumtuetur, &c. Quæ latius huc afferre libuit, vt aperte conſtaret omnes hiſtoriam de Nautilo ab vno Ariſtotele deſumpſiſſe, ac vnanimes velum nauigiorum alis, non pedibus; qui remis, non velo reſpondent, proportionatum conſtituiſſe pro noſtra ſententia contra clariſſimi viri placitum; contra quod a nobis etiam militat *veliuolum* nauium epitheon, quia vt alis aues, ita velis naues volitare videntur; nam [h] Ouidio

h 4. de pont. eleg.

„ *Et freta veliuolas non habitura rates.*

Et multo prius Ennio, relatu [i] Macrobij,

i 6. Satur. cap. 5.

„ *Quum procul aſpiciunt hoſtes accedere ventis*
„ *Nauibus veliuolis.*

&

& in Andromacha.

„ *Rapit ex alto naues veliuolas.*

& [k] Lucretio. k lib.4

„ *Qua vehimur naui, fertur quum ſtare videtur,*

„ *Qua manet in ſtatione, ea præter creditur ire,*

„ *Et fugere ad puppim colles campiq; videntur,*

„ *Quos agimus præter nauim, veliſq; volamus.*

Cui etiam viciſſim, vt Apuleio alæ auium velis nauium comparantur [m] aliquando canenti, m lib.

„ *Principio quod Auerna vocantur, nomen id ab re*

„ *Impoſitum eſt, quia ſunt auibus contraria cunctis,*

„ *E regione ea quod loca quum aduenere volantes*

„ *Remigij oblita pennarum vela remittunt,*

„ *Præcipiteſq; cadunt.*

Qui nobis fauet etiam dum mare veliuolum [n] cognominat, n lib.5.

„ *Tum mare veliuolum florebat nauibus pandis.*

At quo vt [o] Virgilius eandem traslationem mutuatus infit: o 1. Aen.

„ *Etiam finis erat, quum Iuppiter æthere ſummo*

„ *Deſpiciens mare veliuolum terraſq; iacentes &c.*

Ita ipſe id [p] Liuio poeta dedicerat, cui p lib.5.inf

„ *Mare veliuolum florebat propter odores.*

Sed & Cicero [q] veliuolantes naues appellans alibi, noſtram ſententiam communit. *Et fera,* inquit *veliuolantibus nauibus compleuit manus littora.* Sed quid alios afferam? Tua reſponſa ſufficiunt, ſapientiſſime Pater, cui q 2. de diuin.

„ *Vt*

„ *Vt blanda flores floribus implicat,*
„ *Laudumque pulchras Gratia carminis*
„ *Nectit coronas, quæ perenni*
„ *Fronde virent, capiuntque mentes!*
„ *Hæc vera fictis miſcet, & vtraque*
„ *Perſuadet æque: credere Dædali*
„ *Iubet volatum, dum per vndas*
„ *Carbaſeis veheretur alis.*

Hinc ſatis apparet, hoc Idyllium Simmiæ laudes Numinis continere, propriumque ſummi Dei eſſe Hymnum, cuiuſmodi metris luculentioribus non ita pridem panxit elegantiſſima Muſa BARBERINA,

„ *Arbiter omnipotens rerum ſuprema poteſtas,*
„ *Cuius ab æterno dependent omnia nutu,*
„ *Labra mihi reſera, vocemque reſolue canenti*
„ *Vt mea lingua tua delibet laudis honores.*
„ *Tu ſine principio fueras, ſemperque fuiſti,*
„ *Quique es, ſemper eris Regum Rex maximus, idem*
„ *Optimus, atque tuum Regnum non deſinet vnquam.*
„ *Omnia tu ſapiens noſti; potes omnia quæ vis.*
„ *Te nihil ante fuit: terras, mare, ſidera, cælum,*
„ *Quæque ſuo claudit gyro, tua ſola voluntas*
„ *Ex nihilo eduxit: fieri ſimul annuit, atque*
„ *Protinus extat opus, patuit tunc lucidus æther.*

Peroratio

Peroratio totius Operis. CAPVT. IX. *& poſtremum*

ITA ergo de Alis Amoris a Simmia primum compactis dictum ſit. Et quando ſupereſt eiuſdem priſci ſcriptoris aliud Idyllium in eadem ſerie figuratorum carminum, quod ipſe nuncupauit Ouum, maxime tenebricoſum; age nunc etiam experiamur ingenii noſtri vires, an Encyclopædia noſtra valeat & illud explicare.

FINIS.

INDEX
Rerum Notabilium.

A

Acmonides vocabatur cælum antiquis. 30. 38.
Ἀκρίβεια non eſt certitudo, ſed accuratio, & exquiſita diligentia 2.
Aeliani hiſtoria de Nautilo. 118. 119.
Ala amoris dextra ſignificat amatum, ſiniſtra amantem & cur. 62.
Alæ cur amori datæ 62. & ſequentibus.
Alæ mento non adnaſcuntur neque genis. 78.
Ala vtraque Amoris cur dextra ſit & vtraque ſiniſtra 62.
Alas nauium eſſe vela, non remos 117.
Alarum Amoris Idyllij verus autor Simmias Rhodius 61.
Alarum Idyllium vtilitatis miræ. 4.
Alarum nomen idyllio datum a figura qua formatum eſt & a materia tractata 61.
Alas Amori non conuenire vt probet Athenæus 62. 63.
Alula cur dictæ binæ Amoris alæ 61. 62.
Amelius cur Euangeliſtam appellet Barbarum 81.
Ametur cur quis 62.
Amicitiæ inter duos conditio quæ ſit circa vnitatem voluntatis 61.
Amicitia vera x eſt mutua 62.
Amor a Simmia Rhodio celebratus nullius eſt Veneris filius 101. 102
Amor cæleſtis Platonicorum ius habet in animis tantum 101.
Amor cæleſtis pulchritudinem animi reſpiciens nihil turpe aut inhoneſtum peragit 100.
Amor pulchritudinem corpoream affectans qui 100.
Amor cur alatus tenens delphinum & herbam 105.
Amor cur appelletur Cupido. 71.
Amor cur in idyllio non auditorem ſed lectorem alloquatur 71.
Amor cur iuuenis adoleſcens pictus 105.

Amor

Amor cur ſagittarius, & ignifer pictus 105.
Amor cur ſe regem terræ dicat 72.
Amor Deorum pulcherrimus 103.
Amor Diuinus cur moneat ne ad eius conſpectum horreamus 77. 78.
Amor Diuinus prædicat ſui antiquam originem 79.
Amor Diuinus cur prolixa barba ſe dicat 78.
Amor Diuinus quomodo definiatur ab Areopagita 67. 68.
Amor Diuinus vt repulerit a mundo ſceptrum neceſſitatis & fati 114
Amor Diuinus vt omnia creauerit in pondere nu. & menſura 101. 102
Amor eſt propria paſſio voluntatis 73.
Amor ex Chao natus vt ſit, & qui 101. 102.
Amor Heſiodo non fuit ante terram, & cur 73.
Amor iniuriam non infert, nec patitur 107.
Amor qui non ſit Cypridis filius 101. 102.
Amor ſe ſtatuit cauſſam omnium mundanorum effectricem formalem ſimul atque finalem 72.
Amor tertius a nulla Venere natus nec cœleſti nec vulgari qui ſit 101
Amor triplex, quique ſit 101.
Amor vulgaris alios leniter ducit alios violenter trahit ad coniugium 106.
Amor vulgaris non eſt verus amor ſed eius imago vel potius ab eo ruina 67.
Amor vulgaris non omnia per violentiam agit 56. 57.
Amor violenter quos trahat ad copulam 106. 107.
Amor vt cælum & omnia creauerit 57.
Amore interueniente diſpoſitas eſſe res Deorum vt dicat Plato 79.
Amorem ante omnia natum ait Parmenides 40.
Amorem cur Sappho dixerit auem dulcem amaram 43.
Amorem eſſe cauſam effectricem rerum 13.
Amorem eſſe magnum & admirabilem & per omnia tam humana quam Diuina latiſſime ſe porrigere 100.
Amorem ineſſe in rebus omnibus etiam ſenſu carentibus 100.
Amorem veteribus, non poni natum ante Deos alios omnes 28.
Amorem vt dicat Simmias omnium conditorem 91.
Amores duo Plato ponit cæleſtem, & vulgarem 100.

Amores multi ex vno pendentes 70.
Amori Diuino vt cedat pareatque Tellus 110. 111.
Amoris *Diuini munia* 68.
Amoris *proprium eſt iungere naturas diſcrepantes* 102. 103. 104.
Amoris *proprium eſt leniter adducere non vi pertrahere contraria ad coniugium* 106. 107.
Amoris propia operatio quæ ſit. 74.
Amoris proprium nomen diuinius eſt nomine dilectionis, & charitatis, Dionyſio Areopagita 66. 67.
Amoris diſtinctio in diuinum, Angelicum, intellectualem, animalem, & naturalem 69. 70.
Amoris nomine Simmiam non agere de Tellumone 30.
Amoris *Encomia a Platone dicta* 115.
Amoris nomine Simmias Deum indicat & cur 62.
Amoris *proprium eſt pulchritudinem appetere* 103.
Amorem cur Plato dicat non eſſe pulchrum, ſed turpem 78.
Amori *Martem non reſiſtere* 111. 112.
Amoris variæ produntur origines a Priſcis 35.
Amoris vi cuncta naſci animalia vt Plato dixerit 75.
Amoris *vis & natura cognitu difficilima* 71.
Amorum Monomachia 106.
Animæ *ſcientiam eſſe ſumme præſtantem, difficilem, & vtilem* 5.
Animam *mundi cur vocent Platonici Neceſſitatem* 91. 92.
Animalia cuncta gigni et naſci per Amoris ſapientiam 111.
Animalia *primum ex aquis orta* 75.
Apoda animalia duum generum 95.
Ariſtoteles *vt egerit de ſummo Deo* 1.
Aues *ab Amore ante Deos alios ortum habuiſſe dixit Ariſtophanes* 111.
Aues ante omnia natas & ante Amorē videtur ponere Simmias 42
Aues vt probent ſe natas ante res alias 42. 43.
Aues *peragrare regionem aeris* 93.
Aurora Solis prænuncia momento in totum Hemiſphæriū peruadit 105

Bar-

BARBERINA metra ſuauiſſima 113.114.126.
BARBERINA muſa de Amorum Monomachia.106.109.110
BARBERINA Muſa mirifice explicat latentes ſenſus Simmiacos 76.77.
Bohu quid ſit Hebræis 94.
Bonitatio eſt eſſe communicabile 71.
Bonum eſt proprium obiectum voluntatis 71.
Bonum ſuapte natura eſt appetibile 73.

C

CAEcus non poteſt percipere cur idylliũ donetur Alarum nomine 71.72
Chaos ex quo natus Amor non poteſt habere rationem Veneris 102.
Chaos quid Antiquis indicet 43.44.
Chaos vt dicatur Terra 94.
Charon cur dictus Acmonides 30.
Cicero cur non ita valuit in metris Arati vertendis 87.88.
Citationes librorum vt fiant 49.50.
Cous vel Couus quid veteribus 44.
Cæleſtium Deorum nomine priſci ſignificant aues, itidem aerem, ignem & ætherem 111.
Cæli & maris nomine ſignificat Simmias etiam animalia in illis degentia.74.
Cæli nomine ſignificant veteres id omne quod intercedit inter conuexã ſuperficiem globi ex aqua & terra conſtituti, & vltima ſidera 74.
Cælum æreum cur dictum 112.
Cælum cauſa efficiens omnium ſubcæleſtium 75.
Cælum cur dicatur firmamentum 112.
Cælum eſſe materię eiuſdem cum noſtratibus omines ante Ariſtotelem cenſuere, & poſt eum Romanus Aegidius 74.
Cælum ferreum quod dicatur in ſacra pagina. 112.
Cælum qua materia conditum a Deo 74.

Cælum quos filios habuerit antiquis 30.
Cælum ſemper imperauit Telluri 57.
Columbæ ſpecies cur data Deo Spiritui 64.
Compoſitio figurati metri cur difficilima 5.
Creatoris attributum peculiari ratione aſſignatur Deo Patri 85.
Cupido natus ex Venere vulgari reſpicit ſolum corpora 101.

D

DAedali Alæ quæ fuerint 52.
Dei conſpectus formidabilis ſemper fuit 78.
Dei deſiderium cur appellatus Amor 103.
Dei generationem ſecundam potiſſime Simmias attigit in idyllio 84.
Dei tres admirabiles generationes vt Amelius ab Euangeliſta didicerit 80.81.82.83.
Deo vt competat nomen Amoris aligeri 65. *& ſequentibus.*
Deum amare omnia 65.
Deum appellari fatum ab Ariſtotele, & cur 80.
Deus Amor quomodo ad intra, & ad extra natus eſſe dicatur quando viſum eſt Neceſſitati 80.
Deus cum Neceſſitate non pugnat 92.
Deum cur Ariſtoteles appellet Neceſſitatem 80.
Deus cur mundum creauerit 85.
Deus cur ſe communicet entibus, eaque conſeruet ac mire gubernet 73.
Deus eſt in vniuerſo, & viciſſim cuncta in illo 100.
Deus dicitur antiquus dierum & ſenex 78.
Deus eſt immenſus 72.
Deus geſtit ſe communicare hominibus 71.
Deus in vniuerſo ſe habet vt Dux in exercitu 72.
Deus imperat non iubendo, Ariſtoteli 107.
Deus Naturæ libertas potius quã Dominus cur dicatur a Plotino 92.
Deus non cernitur viſu ſed intelligentia 75.
Deus nullius indigus eſt 72.
Deus Pater vt Filium fecerit creatorem vniuerſorum 85.
Deus optime gubernat entia cuncta vt Princeps vnus populos ſubditos 72.

Deus

Deus quibus ſe communicet 71.
Deus voluntati ſuæ minime repugnat 92.93.
Deus vt in qualibet ſui generatione ſemper habuerit patrem ad arbitrium Neceſſitatis 83.84.
Deus vt optimus cur inuitet homines ad ſui ipſius meditationem 71.
Deus vt percipi valeat 71.
Deus vt ſeſe exhibeat materiæ mundanæ 72.73.
Differentiam Amoris terreni & diuini mirifice ponit BARBERINA muſa 109. 110.
Difficultas figurati metri ſumma in quo ſita 4.
Dionyſius Areopagita Deum vocat Amorem 2.
Diſciplinarum vtilitas quæ 3.
Diuerſa attributa in Deo identificantur 61.
Deſiderium eſſe principium rerum voluit Heſiodus 14.
Diuinarum laudum vtilitas magna 3.
Diuinarum perſonarum diſtinctio latuit Simmiam 85.
Diuinæ eſſentiæ ſimpliciſſima vnitas vt per Alulam expreſſa ſit apte 61.62.
Diuini Amoris pulchra definitio 67.68.
Diuinus Amor cur Alatus 64.
Diuinus Amor cur circulo comparatus a Dionyſio 69.
Diuinus Amor cur dicat ſe eſſe terræ Regem, non autem ſe terram condidiſſe 73.
Diuinus Amor cur ex Chao ſimul cum terra prodierit, & illico terræ dominium habuerit 73.
Diuinus Amor cur pernix & Alatus 104.
Diuinus Amor cur referat tempus ſuæ Natiuitatis in arbitrium Neceſſitatis 79.80.
Diuinus Amor cur, quando, & quomodo natus eſt 79.85.
Diuinus Amor quid habeat commune cum Amore vulgari 104.
Diuinus Amor quo differat a Neceſſitate ſeu Fato 106.107.
Diuinus intellectus vt ſit omnium cauſa effectrix 91.
Domus vna non capit duos dominos 106.
Donarium Nautili vetus 120.
Duæ Amoris Alæ vt ſint vna Ala 62.

E

E

EPicteti carmina Cleanthina. 86. 87.

F

FAta volentem ducunt, nolentem trahunt 106.
Fatalis generatio & corruptio quæ ſit 99.
Fati decretum in ortu Amoris quod 79.
Fato cur & quomodo veteres omnia ſubijciebant 80.
Fatorum decreta immutabilia prouidere quis poteſt, effugere verò nemo poteſt Heliodoro 95.
Fatum cur graue dicatur 93.
Felicitas humana in quo maxime ſita 71.
Ficinus vt egerit de Deo 1.
Figurata metra qui coluerint & laudauerint inſignes Viri 3.
Finis ad quem omnia ſunt eſſentialiter ſubordinata quid ſit 72.
Formam veteres ante Platonem non agnouere 20.
Fortunatianus notatur 34.

G

GAleritam fuiſſe omnium auium primam 42.
Generationem Dei filij ab æterno qui nouerint 84.

H

HErmotimus mentem poſuit rerum principium ante Anoxagoram 11. 13.
Heſiodus Amorem poſuit rerum principium 11. 12.
Hiſtoriæ veteris vtilitas quæ quantaque ſit 3.
Homines vnde ſortiantur multitudinem numericam in vnitate ſpeciei 72.
Humanus Amor cur alatus 64.

Ica-

I

Icarus velorum Nauium inuentor 117.
Idyllium Simmiæ philoſophicum ſimul & Theologicum eſt 2.
Illuminatio ſit ne motus momentaneus Phyſici dubitant 105.
Imperantium proprium quid ſit 41.
Intellectio Technometrorum cur difficilis. 5.
Intellectuales vires quando ſuper vacuæ 66.
Intellectus ſit ea quæ intelligit 71.
Iupiter nefaſtus qui fuerit 34.
Iupiter Saturnum patrem de Dominatu repulit 114.

L

Laudes Dei canere præſtantiſſimum eſt 3.
Lectura Technometrorum difficilis 4.5.
Leges iuſtas & certas vt rebus omnibus in origine mundi dederit Diuinus Amor 114. 115.

M

Magnitudo materiam ſequitur 63.
Manucodiata auis in aere ſemper degentis hiſtoria mira 95. & ſequentibus.
Mare ex qua materia conditum à Deo 74.
Mare veteres appellaucre Neptunum 111.
Maris penetrale vt pareat Amori diuino 102.
Maris receſſus vt amori cedant 111.
Mars Deorum fortiſſimus 111.
Materia cur comparata meretrici fœminæ 90.
Materiæ conditio eſt magnitudo ſeu quantitas interminata 72.
Materiæ definitio. 90.
Materia eſt medium inter formam & priuationem 91.
Materia eſt ingenita, nec propriè fit ab efficiente cauſa, nec formali nec à finali 63.

Ma-

Materia eſt veluti locus omnium formarum naturalium 72.
Materia efficitur a tribus cauſis aliis 73.
Materia vt ſit Deo proportionata 72.
Materia vt ſit entis vmbra 90.
Materia vt ſit medium inter ens & non ens 90.
Materia vt ſit prope & quodammodo ſubſtantia 90.
Materiam a priuatione non diſcernunt veteres 90.
Mentem Anaxagoras poſuit rerum principium 11.
Metra mirabilia quę ſint apud antiquos 5.
Moueri omnia ab inexiſtente in nobis numine 100.
Mulieribus fidem adhibendum de Fati ineuitabilitate, ait Plato 91.
Mundus a quo habeat vnitatem ſui numericam & ſpecificam 72.

N

N*Aturales vt fieri vellent ex Chao cuncta* 74.75.
Nautili piſcis mira ſolertia & nauigandi peritia 117.*ſeq.*
Neceſſitas cur grauis dicta 88.
Neceſſitas Diuina *non eſt confundenda cum humana* 92.
Neceſsitas fati vt ſit cum libertate coniuncta 91.92.93.
Neceſsitas humana longe diuerſa eſt a diuina 92.93.
Neceſsitas vt coincidat cum libertate ac diuina voluntate 83.84.
Neceſsitas vt omnia cogat ſibi parere 91.
Neceſsitatis imperiū in ratione fati conſiſtens vt Plato notauerit 91.
Neceſsitatem in diuinis eſſe pœnitus voluntariam 91.
Neceſsitatem Platonici cur vocent animam mundi 91.
Neceſsitati fati vt omnia ſubiecta dicat Hippocrates 96.
Neceſsitati quomodo cuncta pareant 91.
Neceſsitatis nomine veteres non intellexiſſe priuationem 27.
Neceſsitatis nomine veteres omnes intellexiße materiam 27. 28.
Neceſsitatis nomine veteres vt appellarent tum materiam tum fatum maxime ac ipſum Deum 79. 80.
Neceſsitati vt obediant omnia 93.
Noctem cur antiqui dicant eſſe ex qua cuncta generantur 89.90.
Noctem cur Orpheus Venerem appellauit 88. 89. 90.

Noctis nomine cur materiam ſignificent antiqui 90.91.
Noctis nomine cur antiqui terram ſignificarent 75.
Nox eſt medium inter lumen & tenebras 91.
Nox eſt vmbra Telluris 75.
Numerus ſingularis vt aptetur rebus multis 50. & ſequentib.

O

Oppiani de Nautilo deſcriptio 118.120.121.
Originem primam rerum mundanarum vt explicet Ariſtophanes 15.16.
Orphei ſententia Simmianæ perſimilis 116.
Orphei de Amore encomia 116.

P

Parmenides Amorem appellat generationem 40.
Pater Amorum omnium 70.
Paulus quo ſenſu dicat viuo iam non ego viuit autẽ in me Chriſtus 68
Philica metra cur ſic appellata 33.
Philicus falſo gloriatur ſe inueniſſe metri genus a ſe denominatum 33.34.
Piſces eſſe reptilia animalia 93.
Plato cur dicat Amorem non eſſe pulchrum ſed turpem 78.
Plato natus Olympiade octogeſima octaua 27.
Plato vocat Amorem furioſum & agreſtem Dominum 106.
Plato vt de Deo tractauerit .
Plato vt dixerit Deos acerba paſſos eſſe ob Neceſſitatem 92.
Pliniana deſcriptio Nautili 118.
Poematia priſca ſunt extollenda & cur 2.
Poematiorum veterum materia triplex 2.
Priuatio medium eſt inter ens & nihil 24.
Priuationem nemo nouit ante Platonem 21.22.
Priuationem Plato non diſtinxit a materia 25.26.
Priuationem vt inuenerit Ariſtoteles 24.25.

S Pul-

V

VEla nauium Alas dici 54. 55.
Velorum inuentor Icarus 107.
Venerem cur vitę largitricem & frugiferam appellauit Empedocles Sophocles & Lucretius 76.
Veneres duas Plato ponit cęleſtem & vulgarem 100.
Veneris barbatę ſimulachrum finxere Veteres 39.
Venus cur amet genitalia 103.
Venus cur Cytherea dicta. 103.
Venus cur dicta Cypris 103.
Venus cur meretrix meretricum Dea 90.
Venus duples 44.
Venus e ſpuma maris orta 102.
Venus procreatrix ſenſualis Amoris quæ 100.
Verbum caro factum vt ſe Deum oſtenderit 82.
Verbum diuinum aßumpta carne vt nihil de ſua diuinitate remiſerit etiam Amelio 82. 83.
Veteres in ſola materia totam rationē principij poſuere & cur 20. 21
Violentia non tangit Amorem 107.
Viri ſummi qui & cur coluerint artificioſa idyllia 4.
Viſus intellectum deſignat 71.
Vitę cura Deo relinquenda 91.
Vita hęc non eſt amanda, Platoni 91.
Vitam quandam flatibus tribuit Ariſtoteles 99.
Viuere hic quantumcumque tempus non eſt optandum viro qui ſit vere vir Platoni 9.
Vniuerſi natura & forma eſt ipſum Bonum 72.
Volucres vt reptilia ſint animalia 93.
Voluntatis propria paſsio eſt Amor 73.

Z

ZElotes cur Deus appelletur 68. 69.

FINIS.